This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gx
9
585

Und

Gx 9.585

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

XENOPHONTIS

HIERO

RECENSVIT

ET

INTERPRETATVS EST

CAROLVS HENRICVS FROTSCHER

LIPSIAE

SVMPTIBVS HARTMANNI

MDCCCXXII.

Gx 9.585

HARVARD COLLEGE
AUG 21 1914
LIBRARY.

Constantius fund

Dr. Klein

SVMMIS TRIVMVIRIS

CHRIST. DAN. BECKIO

GODOFR. HERMANNO

GODOFR. HENR. SCHAEFERO

PRAECEPTORIBVS AC PATRONIS SVIS

ANIMI CANDORE PARITER ATQVE
DOCTRINAE ELEGANTIA

VENERABILIBVS

HVNC QVALEMCVMQVE LIBRVM

EA QVA PARENTES FILIVS

PROSEQVITVR PIETATE

CONSECRAVIT

EDITOR

C. H. FROTSCHER
LECTORIBVS
SALVTEM

Quum superiore anno mihi significasset Hartmannus, gratum sibi fore, si quem scriptorem, sive graecum sive latinum, suis sumptibus in usus iuventutis studiosae ederem: honestissimi viri precibus eo magis satisfaciendum putavi, quo minor eorum numerus librorum est, e quibus tirones verum fructum percipere possint. Multae sane veterum scriptorum, eorum maxime, quos in scholis tractamus, editiones exstant; sed earum aliae nihil fe-

re afferunt, quo magistrorum labor in erudienda iuventute aliquantum subleve-tur, et Minelliana prope ratione talia explicant, quae ne pueris quidem ignota sunt: aliae adnotationum copia et mole sic obruunt bonorum mentes puerorum, ut nullus ipsis cogitandi locus relinquatur et ut, si eiusmodi animadversiones perlegerint vel descripserint, prae caeteris sibi videantur sapere. Non multo maius pretium aliis editoribus statuo, diverso modo peccantibus. Sunt enim qui criticam quidem rationem sequentes largam adolescentibus cogitandi ac discendi materiem praebeant et ad ingenium eorum vel excitandum vel alendum, ad iudicium acuendum, ad scientiam linguae confirmandam, plurimum conferant; sed ex his complures tam inhumanam saepe censuram alieni meriti faciunt tamque impuri ipsi vel obscuro genere scribendi utuntur, eorum ut libros merito dubitas

commendare tironibus. Quo laudabilior mihi semper visa est illa ratio, quam in edendis huiuscemodi libellis sequuti sunt Buttmannus, Heindorfius, Seidlerus, Bremius, Hermannus: quorum omnium virorum quum multa sunt et magna in litteras antiquas merita, tum hoc inprimis frugiferum consilium esse censeo, quod, quomodo in scriptoribus adolescentium institutioni accommodandis versandum videretur, suis ipsi editionibus ostenderent. Quamobrem quum, data mihi eligendi tractandique scriptoris optione, Xenophontis Hieronem prae caeteris dignum iudicassem, quem mea cura et studio emendatum explicitumque tironibus offerrem: quod mihi exemplum in eo edendo proponerem, ne minima quidem dubitatio subesse poterat.

Quem igitur nunc emitto Hieronem, eum ad easdem fere rationes, quibus il-

li visi utuntur) explicare conatus sum. Quorum quum Bremium maxime et Buttmannum sequerer, quid in hoc libro spectaverim, facile poterunt iudicare, quicumque aut Buttmanni editiones usurpaverint aut Bremii praefationem ad Cornel. Nepotem legerint.

De apparatu critico quoniam constitui alio loco disserere, nolo nunc lectores morari. Sed hoc dixisse non fuerit supervacaneum, me studiose operam dedisse, ut graeca quam emendatissima prodirent. Quamquam enim taedii plenus labor est, veteres editiones cum iis, quae nunc leguntur in Xenophontis exemplaribus, singulas conferre: me tamen huius operae nequaquam poenitet. Nam vix cuiquam credibile est, quot quamque egregias lectiones invenerim, a prioribus huius libelli editoribus prorsus neglectas. Omnium vero maxime Reuch-

lini editio praedicanda est, cuius ut mihi copia fieret, Blümneri, viri illustris, fecit liberalitas. Prodiit illa Hagenoae a. MDXX. et praeter Hieronem exhibet Apologiam et Agesilaum. Hieronis autem Reuchliniani tanta praestantia est, ut de iis, quae scripsi in adnot. ad VI, 15., nullo pacto dubitari possit. Egregie me adiuverunt etiam codices Parisini, quos Gailii, viri de Xenophonte aliisque scriptoribus praeclare meriti, industria contulit. Nec vero silendus est liber Lipsiensis, qui quum plerumque cum codd. Parr. ac Reuchlino conspiret, tum a b. Schneidero iure laudatus est. His equidem usus opibus eum Hieronem dedisse mihi videor, quem VV. DD. non prorsus improbaturi sint. Sed si quis forte indignetur novam a me inductam esse interpunctionis rationem, ab eo humanissime peto, ut hanc meminisse velit non novam esse, sed quae veterum spo-

tissimum librorum auctoritate nitaturi Longum est singulos locos enumerare; sed ut videas, quantum valeat recta interpunctio et quam verum sit Buttmanni (*gramm. amplior. I. p. 67. sqq.*) hac de re iudicium, unum modo locum I, 11 inspicias, ubi quas dubitationes Schneiderus moverat, sola distinctione verborum accuratiore sustulimus.

Restat, ut tirones de Buttmanno et Matthiaeo admoneam. Horum enim virorum grammaticae ubi citantur — factum id esse saepissime, nemo, opinor, mirabitur, qui noverit imbecillitatem adolescentulorum, ne dicam magistrorum — sed ubi illorum libri laudantur, Matthiaei minor grammatica, quae in usum scholarum scripta est, Buttmannianae editio IX. intelligitur.

Denique, quoniam viri honesti est alie-

rum de se merita grato animo agnoscere; multum mihi celebrandi sunt praestantissimi triumviri Hermannus, Bremius, Schaeferus, et quem in dies magis miror tam catum, tam doctum esse, familiaris dilectissimus Guil. Dindorfius. Nam ut Bremii adnotationes ad Hieronem (*Symbol. Philoll. Helvett. Vol. I. p.* 167. *sqq.*) utilissimae mihi fuerunt, ita Hermanni ac Schaeferi humanitati et Dindorfii amicitiae dici vix potest quam multa beneficia Hiero meus debeat.

Vos vero, humanissimi lectores, quum bene noritis, humanarum virium non esse, rectum cursum perpetuo tenere, habendosque pro bonis viris eos, non qui numquam peccent, sed qui saepius recte agant: nolite, quaeso, statim reiicere hunc librum et condemnare, si quid in eo a me peccatum deprehenderitis. Nam si, ratione fideliter inita, ma-

ior peccatorum quam probabilium numerus fuerit: tum equidem quin reiiciatur et sordeat non recuso. Valete.

Scribebam Lipsiae d. VI. m. Maii MDCCCXXII.

INDEX SCRIPTORVM

CICERO de Orat. p. huius libri 24. b. Planc. p. 15. b. Tusc. Disp. p. 13. b. 45. b.

HESIODVS p. 59. a.

HORATIVS p. 29. b.

LIVIVS p. 23. a. 29. a.

PLATO Euthyphr. p. 67. b. Phaedr. p. 60. a. Phileb. p. 15. a. Protag. p. 29. b.

PLVTARCHVS Anton. p. 24. b. Apophth. Reg. p. 64. b.

QVINCTILIANVS p. 25. a.

SALLVSTIVS Catil. p. 26. b. Iug. p. 29. b.

VIRGILIVS p. 29. b.

XENOPHON Anab. p. 15. b. Cyrop. p. 8. b. 15. b. 24. a. 55. b. 64. a. Hellen. p. 15. b. 22. a. 74. b. Mem. Socr. p. 23. a. 41. b. 60. b. Oecon. p. 21. a. 64. a. Symp. p. 8. b. 60. b. 64. a.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 34. v. 3. de verb. ἐπισκεψώμεθα adscribenda erant haec: Vid. Buttmann. §. 126. observ. 7. Matth. §. 515. 1.). Cf. infr. XI, 2.

Ibid. a. v. 7. lege: καταθέασαι δ' αὖ, ἧς (οἵας) φιλίας etc.

P. 37. b. v. 16. lege πρὶν ἀπάρχ. pro ἀντὶ τοῦ ἀπάρχ.

P. 50. a. v. 9. ita scribendum: „In vulgata scriptura [ὥςπερ γάρ] requiro etc.

Ibid. b. v. 16. adde VIII, 5.

P. 58. a. v. 8. sqq. quae citantur regulae, ad locum XI, 2. καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶμεν. referendae sunt. Vid. Ind. s. σκοπῶ.

P. 64. b. v. 22. scribe: Lege τὴν φυτείαν pro καὶ φυτείαν cum Schaefero, etc.

P. 85. a. voc. Αὐτοῦ lege: Αὐτοῦ IX, 3. Vid. etc.

Reliqua et paucula sunt et quae vel a tironibus emendari facile possint.

PROLEGOMENA
IN
HIERONEM.

Hiero Syracusanorum tyrannus, cuius nomine praestantissimus hic Xenophontis libellus inscribitur, non est Hieroclis ille filius, qui per quinquaginta quattuor imperii annos (Olymp. 127, 4—141, 2. a. Chr. 270—215.) de civibus suis bene meritus multum celebratur ab antiquis scriptoribus *) et apud populum Romanum ob fidem quinquaginta annos constanter cultam summo honore fuit; **) sed antiquior potius eiusdem nominis princeps, Dinomenis filius cogitandus est, cuius frater Gelo felici tyrannide primus tenuisse Syracusas dicitur. Ac Gelonis quidem imperium tam moderate tulerant Syracusani, ut ipso vivo fratres eius Hieronem et Thrasybulum designarent successores. †) Mortuo igitur successit Hiero (Olymp. 75, 3-78, 2. a. Chr. 478-467.), de cuius viri ingenio mirum est quam diversa sint veterum

*) Vid. Theocrit. Idyll. XVI. Polyb. I, 8. seqq. Liv. XXIV, 5. in. Iustin. XXIII, 4.

**) Cf. Liv. XXIV, 4. XXII, 37.

†) Illo tempore Hiero praeerat Gelois, quorum urbem regendam ei tradiderat Gelo, ipse potitus Syracusarum.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 34. v. 3. de verb. ἐπισκεψώμεθα adscribenda erant haec: Vid. Buttmann. §. 126. observ. 7. Matth. §. 515. 1.). Cf. infr. XI, 2.

Ibid. a. v. 7. lege: καταθέασαι δ' αὖ, ἧς (οἵας) φιλίας etc.

P. 37. b. v. 16. lege πρὶν ἀπάρχ. pro ἀντὶ τοῦ ἀπάρχ.

P. 50. a. v. 9. ita scribendum: „In vulgata scriptura [ὥςπερ γάρ] requiro etc.

Ibid. b. v. 16. adde VIII, 5.

P. 58. a. v. 8. sqq. quae citantur regulae, ad locum XI, 2. καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶμεν. referendae sunt. Vid. Ind. s. ῥίπτω.

P. 64. b. v. 22. scribe: Lege τὴν φυτείαν pro καὶ φυτείαν cum Schaefero, etc.

P. 85. a. voc. Αὐτοῦ lege: Αὐτοῦ IX, 3. Vid. etc.

Reliqua et paucula sunt et quae vel a tironibus emendari facile possint.

PROLEGOMENA IN HIERONEM.

Hiero Syracusanorum tyrannus, cuius nomine praestantissimus hic Xenophontis libellus inscribitur, non est Hieroclis ille filius, qui per quinquaginta quattuor imperii annos (Olymp. 127, 4—141, 2. a. Chr. 270—215.) de civibus suis bene meritus multum celebratur ab antiquis scriptoribus *) et apud populum Romanum ob fidem quinquaginta annos constanter cultam summo honore fuit; **) sed antiquior potius eiusdem nominis princeps, Dinomenis filius cogitandus est, cuius frater Gelo felici tyrannide primus tenuisse Syracusas dicitur. Ac Gelonis quidem imperium tam moderate tulerant Syracusani, ut ipso vivo fratres eius Hieronem et Thrasybulum designarent successores. †) Mortuo igitur successit Hiero (Olymp. 75, 3-78, 2. a. Chr. 478-467.), de cuius viri ingenio mirum est quam diversa sint veterum

*) Vid. Theocrit. Idyll. XVI. Polyb. I, 8. seqq. Liv. XXIV, 5. in. Iustin. XXIII, 4.

**) Cf. Liv. XXIV, 4. XXII, 37.

†) Illo tempore Hiero praeerat Gelois, quorum urbem regendam ei tradiderat Gelo, ipse potitus Syracusarum.

Graecorum, qui de eo mentionem fecerunt, iudicia. Diodorus enim Siculus *) *et avarum et violentum et omnino a fratris candore alienissimum* fuisse tradit; sed Pindarus Thebanus splendidissimis illis quattuor carminibus **), quae in Hieronis honorem cecinit, magnis eum laudibus effert. Sed ut negari nullo modo potest, Graecarum civitatum rectores propter summum illud libertatis studium, quo cives sui arderent, omnino non potuisse facere, quin vel ad obtinendum firmandumque imperium, vel quo id assequerentur, violentius se gererent et cupidine magis quam iure grassarentur: ita de Hierone vereor ne veram Diodorus sententiam pronunciaverit. Nec vero ipse poeta, quantumvis laudator Hieronis, historici testimonio repugnat. Nam Pyth. I. carm. (vs. 90. seqq. ed. Thiersch. 174. seqq. ed. Schaefer.) omnium virtutum maxime liberalitatem et comitatem regi commendat, ipsumque ab avaritia et violentia abstinere cupit; illis enim virtutibus veram gloriam parari et ad posteros propagari, utque etiamnunc ametur Croesi regis virtus ac beneficentia, ita ubique maximo odio et invidia premi horribilem Phalaridis crudelitatem. Quod consilium quum non sine idonea caussa datum videatur ac Pindarus ipsa vitia patroni sui reticere noluerit: quam liberum ab inepta assentatione animum habuerit, egregie intelligitur. Et quamquam propter clarum Plutarchi te-

*) Bibl. Hist. XI, 67. ed. Bip.

**) Olymp. I. Pyth. I. II. III.

stimonium *) dubitari vix potest, quin Hiero nonnullos ex familiaribus de medio sustulerit: Pindarus tamen is est auctor, ut eius iudicium non possit non iudicari verissimum. Certum est igitur, hunc regem, etiamsi non possit omni ex parte cum Gelone comparari et necessitas ipsum compulerit ad vim adhibendam, ea tamen fortitudine ac sapientia eoque in populum suum animo fuisse, ut de ornandis et amplificandis Syracusanorum rebus insigniter meruerit. Atque ipse etiam Xenophon, quae est in hoc homine simplicitas, nequaquam, opinor, Hieronis persona in libro suo usurus fuisset, nisi talem principem fuisse indicasset, qui civibus suis in omni re probari studeret bonique et iusti regis nomine haud indignus videretur.

Sed in omnibus Hieronis nostri virtutibus nulla magis eminet, quam qui in eo praedicatur literarum amor et optimas artes iuvandi promptissima voluntas. Nam quum viros doctos atque inprimis poetas eadem qua Gelo frater liberalitate tractaret (quo nomine ab Aeliano **) recte dicitur *προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας*); factum est, ut cum ipso versarentur viri ingenii laude florentissimi, quorum ex consuetudine quum ipse tum civitas uberrimos fructus perciperet. Laudantur ex his maxime Pindarus, Bacchylides Ceus, Epicharmus, Xenophanes Colophonius, Aeschylus et qui in Xenophontis libro cum Hierone

*) Hic enim Tom. II. p. 68. A. ed. Francof. haec scribit: *τοῦ Ἱέρωνος ἀνελόντος ἐνίους τῶν συνήθων.*

**) Var. Hist. IX, 1.

colloquens inducitur, Simonides Ceus, Leoprepis filius. Erat hic non poeta solum suavis et in commovenda miseratione praeclarus, verum etiam ceteroqui doctus sapiensque traditur *), artemque memoriae (τὸ μνημονικόν) primus creditur protulisse **). Vixit Simonides annos octoginta novem perfectos et in Sicilia mortuus est (Olymp. 78, 1. a Chr. 468.). Hic igitur, δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κεῖος, iam gravis annis, utpote amplius octoginta annos natus, magnis muneribus ab Hierone invitatus venit Syracusas ibique cum rege instituisse aliquando hanc disputationem fingitur. Qua quidem in re vehementer probo Xenophontem, quem dubito an non potuerit graviorem personam adhibere, cui sensus suos explicandos tribueret.

Restat, ut breviter indicetur libri argumentum. Cuius summam Franciscus Portus constituit hoc modo: „In hoc opere, inquit, id agit [Xenophon], ut de-

*) Cf. Quinctil. Inst. Or. X, 1, 64. Spald. Cic. N. D. I, 22, 60.

**) Vid. Cic. de Orat. II, 86. seqq. Rhetor. ad Herenn. III, 16—24. Quinctil. Inst. Or. XI, 2, 11. seqq. Add. quem honoris caussa nomino, Schneider. ad Xen. Symp. IV, 62. Neque tamen haec res ita est explorata, ut de Simonide dubitari nequeat. Ipse enim Cicero (de Orat. II, 87, 357.) haec scribit: „Vidit hoc prudenter *sive Simonides, sive alius quis invenit*, ea maxime animis effingi nostris" etc. Quare ego quidem in ea sum sententia, ut existimem Hippiam Eleum rectius quam Simonidem illius artis inventorem dici; idque videor mihi probare posse et Xenophontis loco laudato et iis, quae in Platonis Hipp. mai. et min. hac de re commemorantur. Hippiae doctrinam deinceps magis excoluerunt Theodectes Phaselites, qui audiebat Aristotelem, Charmadas, Carneadis auditor, et qui eum sequebatur Scepsius Metrodorus.

ceat vitam regum non esse expetendam, sed potius anteponendam vitam privatorum. Hoc suscipit demonstrandum, quia vulgus facile capitur specie et splendore rerum externarum ac putat beatos esse eos, qui auro, gemmis, veste, rerum denique omnium copia affluunt: eos vero miseros existimat, qui egent istis rebus. Quare Xenophon ut istam vulgi opinionem refutaret, hanc disputationem inter Hieronem et Simonidem instituit, in qua demonstrat, vitam privati regum vitae esse anteponendam." Recte vero. Nam quum auctor fecerit illos tam copiose disputantes de vitae regiae miseria, mihi quidem admodum verisimile fit, eum simul voluisse docere imperitos, et qui magnarum opum regiique splendoris admiratione tenerentur, omnes graviter monere, ne in his felicitatis vim ponerent neve regni tangerentur cupiditate aut invidia, sed felici vitae privatae conditione tranquilli fruerentur. Verumtamen, id quod recte vidit Weiskius, in altera potius libri parte h. e. inde a cap. VIII. tractatur primarium argumentum: *Qua ratione tyrannus amorem civium sibi conciliare et sine invidia iucundam vitam transigere possit.* Nam quaecumque in prioribus capp. disputantur, eo redeunt, ut tyranni vitam credamus esse miserrimam; quod per singulas partes agnoscit et Hieroni concedit Simonides. Sed a cap. VIII. Hiero vicissim assentitur Simonidi, qui vim suam et sapientiam explicans demonstrat, regnum non esse fugiendum, modo is, qui regnum adeptus sit, eo sciat uti ac nulla re magis quam po-

puli sui amore vitam sibi tutam beatamque parare studeat.

Quae quum ita sint, ex hoc etiam libro perspicitur, quantopere probaverit Xenophon atque amaverit eam civitatis formam, in qua summum imperium penes unum est. Ac mihi quidem videtur vix posse dubitari, quin hoc maxime efficere voluerit, aequabilius atque constantius sese res humanas habere neque aliud alio ferri neque mutari omnia ac misceri, si civitatibus regium sit legitimumque imperium, quam si ad imperitae multitudinis libidinem aut ad multorum dominatorum superbiam res regantur:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

MVLTAS AD RES PERVTILES XENOPHONTIS LIBRI SVNT: QVOS LEGITE QVAESO STVDIOSE VT FACITIS.

CICERO.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΙΕΡΩΝ.

CAPVT I.

Xenophon ubi simpliciter, ut solet, ac sine fuco exposuit, qua data occasione haec disputatio instituta fuerit: Simonidem facit ex Hierone quaerentem, quid sit discriminis inter vitam regis et privati in percipiendis voluptatibus et molestiis. Iam quum colloquendi ratio et via inter eos convenisset negassetque Simonides, id quod a rege pronunciatum erat, plures voluptates sensibus percipere privatos homines quam tyrannos: coepit Hiero probare, quod posuerat (1—10.). *Ac primum quidem in iis, quae cernantur oculis, deteriore conditione tyrannos esse docet; hos enim minus interesse posse spectaculis rebusque oculos pascentibus* (11—13.): *nec magis aurium suavi sensu delectari; nam laudem, qua vel maxime mulceantur aures hominum, tyrannis tribui suspectam* (14. 15.): *cibos etiam potusque quamvis exquisitos parum suavitatis praebere, quum copia eorum creberque usus afferat fastidium* (16—23.): *ex pretiosis illis variisque edo-*

ribus, quibus unguntur tyranni, alios cum his versantes plus voluptatis capere (24. *seq.*). *Transitur hinc ad tactum et rem amatoriam, in qua et ipsa reges longe inferiores privatis esse demonstratur* (26. *seqq.*).

1 Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἀφίκετό ποτε πρὸς Ἱέρωνα τὸν τύραννον. Σχολῆς δὲ γενομένης ἀμφοῖν, εἶπεν ὁ Σιμωνίδης· Ἆρ' ἂν μοι ἐθελήσαις ὦ Ἱέρων διηγήσασθαι, ἃ εἰκὸς εἰδέναι σὲ βέλτιον ἐμοῦ; Καὶ ποῖα ταῦτ' ἐστίν, ἔφη ὁ Ἱέρων, ὁποῖα δὴ ἐγὼ βέλτιον ἂν

2 εἰδείην σοῦ οὕτως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός; Οἶδά σε, ἔφη,

Vulgaris libri inscriptio haec est: Ξενοφῶντος (quaedam edd. addunt ῥήτορος) Ἱέρων ἢ τυραννικός, ad quod adiectivum supplent λόγος. Sed quum prius tum posterius additamentum prorsus supervacaneum est, quum satis superque constet, veteres Graecos ut in omni re elegantes, sic in libris inscribendis breves admodum et simplices fuisse ac plerumque minus promisisse, quam libri ipsi contineant. Praeterea posteriora verba, quamquam leguntur etiam apud Diogenem Laertium, neque satis apta et tam sunt ambigue dicta, ut nihil aliud nisi grammatici doctrinam redoleant. Cf. hac de re Wolf. Prolegg. ad Plat. Symp. p. XXXV. sq.

1. Ἆρ' ἂν μοι ἐθελήσαις] Vt Simonides regis observantia ductus blande interrogat, ita Hiero Simonidis sapientiam reveritus humanissime respondet.

— ἔφη ὁ Ἱέρων] Verbum ἔφη (vel εἶπε, ἔφασαν, φάναι, εἶπεν etc.) si, ut h. l., mediae loquentis orationi inseritur, nomini suo, pariter ac latinum *inquit* et similia verba recentiorum hominum, praemitti solet, non subiungi, eumque iustum esse et legitimum ordinem dicunt. Repugnant tamen huic regulae multa exempla: Xenoph. Mem. I, 2, 9. II, 1, 18. Oecon. XII, 5. 6. 11. sqq. 17. XVI, 11. XVII, 8. XVIII, 2. XIX, 2. Plat. Symp. XVII, 5. (Wolf.) Protag. p. 317. D. (§. 25. Heindf.) Qui loci — longum est enim plures laudare — quum sint omnes sanissimi, in Xenoph. Symp. III, 7. verba ἢ οὖν καὶ σύ, ὁ Σωκράτης ἔφη, ἕξεις λέγειν non erat cur sollicitarentur. Caeterum in Cyrop. VIII, 3, 27. recte legitur ὁ Σάκας ἔφη, et ibid. I, 6, 16. Dindorfium meum certo scio editurum esse ὁ Κῦρος ἔφη. De Latinis idem valet (cf. Cic. de Orat. I, 33, 149. II, 8, 51. III, 24, 90.); atque omnino magna in his adhibenda cautio est, ne quum id, quod contra vulgares regulas ponatur, graviter reprehendas, gravitas verborum ac sententiarum quae sit, ipse non satis intelligere videare.

ἐγὼ καὶ ἰδιώτην γεγενημένον καὶ νῦν τύραννον ὄντα· εἰκὸς οὖν ἀμφοτέρων πεπειραμένον καὶ εἰδέναι σε μᾶλλον ἐμοῦ, πῇ διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος εἰς εὐφροσύνας τε καὶ λύπας ἀνθρώποις. Τί οὖν, ἔφη ὁ Ἱέρων, οὐχὶ καὶ σύ, ἐπεὶ νῦν γε ἔτι ἰδιώτης εἶ, ὑπέμνησάς με τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ; οὕτως γὰρ ἄν σοι οἶμαι μάλιστα ἐμὲ δύνασθαι δηλοῦν τὰ διαφέροντα ἐν ἑκατέρῳ. Οὕτω δὴ ὁ Σιμωνίδης εἶπε· Τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας ἔγωγε, ὦ Ἱέρων, δοκῶ μοι καταμεμαθηκέναι διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ὁράμασιν ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους, διὰ δὲ τῶν ὤτων ἀκούσμασι, διὰ δὲ τῶν ῥινῶν ὀσμαῖς, διὰ δὲ τοῦ

2. ἀνθρώποις] Stobaei editt. habent ἀνθρώπων; sed dativus, Zeunius inquit, est exquisitior. Rationes in promptu sunt. Cf. Buttm. §. 120. adnot. 3.

3. Τί οὖν — ὑπέμνησάς με] *Quin* (quidni, cur non) *igitur tu quoque commonefacis me eorum, quae accidunt homini privato?* i. e. *age igitur, iam revoca mihi in mentem* etc. Frequentissime in Xenophonte, Platone aliisque scriptoribus post particulas τί οὖν οὐ et τί οὐ sic infertur aoristi indicativus. Quam rationem bene explicuit Weiskius ad Cyrop. II, 1, 4. „*Haec*, inquit, *interrogatio alacritatem quamdam animi et aviditatem sciendi exprimit.*“ Cf. Buttmann. §. 124. adnotat. 3. Interdum ponitur in his etiam praesens; vividior tamen oratio aoristum praefert. Similiter apud Latinos dicitur *quin* et *quin igitur*: Sall. Catil. 20. „*Quin igitur* expergiscimini?“ Cic. Somn. Scip. 3. „Quid moror in terris? *quin* huc ad vos venire propero?“ Sed Graecis quantopere placuerit hic usus, multis exemplis nuper probavit catus Godofr. Stallbaumius adnot. ad Plat. Phileb. p. 175. sq.

τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ] Sunt „commoda et incommoda, voluptates et molestiae, quae accidunt homini privato.“ Fr. Portus.

οὕτως γὰρ ἄν] Ita pro vulgato οὕτω γὰρ ἄν scribendum erat cum optimis libris. Nam innumeris locis illud οὕτως in media oratione consonae praepositum alteri οὕτω cedere iusserunt tum librarii tum editores, sequentes illi falsa grammaticorum quorumdam iudicia. Equidem οὕτως puto primariam formam fuisse, quam veteres Graeci ubique ponerent, ubi aut finis esset sententiae aut maximum eius pondus in hoc adverbium caderet. Nam eo ipso, quod tale οὕτως cum maiore intentione pronunciandum et inhibenda paullulum vox legentis est, ab sequente verbo magis seiungitur. Sed ut teretes erant Graecorum aures, ita non raro suavem facilemque verborum copulationem ipsi sententiarum gravitati videntur praetulisse. Hinc, opinor, factum est, ut magis magisque in dies excultus sermo altera forma mox ita uteretur,

στόματος σίτοις τε καὶ ποτοῖς· τὰ δὲ ἀφροδίσια δι' ὧν
5 δὴ πάντες ἐπιστάμεθα. Τὰ δὲ ψύχη καὶ θάλπη καὶ σκληρὰ καὶ μαλακὰ καὶ κοῦφα καὶ βαρέα ὅλῳ τῷ σώματί μοι δοκοῦμεν, ἔφη, κρίνοντες ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς. Ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς ἔστι μὲν ὅτε δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς μοι δοκοῦμεν ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι, ἔστι δ' ὅτε κοινῇ διά τε τῆς ψυχῆς καὶ διὰ
6 τοῦ σώματος. Τῷ δὲ ὕπνῳ ὅτι μὲν ἡδόμεθα, δοκῶ μοι αἰσθάνεσθαι· ὅπως δὲ καὶ ᾧ τινι καὶ ὁπότε, ταῦτα μᾶλλόν πως, ἔφη, δοκῶ μοι ἀγνοεῖν. Καὶ οὐδὲν ἴσως τοῦτο θαυμαστὸν, εἰ τὰ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι σαφεστέ-

---

ut et ipsa iam possit haberi pro legitima. Similem rationem habet illud ν ἐφελκυστικόν, cuius naturam bene, ut solet, explicuit Buttmannus §. 29. 5, 1. 2. Hoc aeque ut οὕτως scriptori nostro saepe restituimus, idque ubique codd. auctoritate factum esse semel monemus.

4. τὰ δὲ ἀφροδίσια] „Intellige κατὰ τὰ ἀφρ. cum Weiskio. Male enim Zeune ad sequens κρίνοντες referebat.“ Schneider. Meliora docebit Buttmann. §. 117. 4. 1. Rectius tamen hunc accusativum explicueris intelligendo ex praecedd. verbo generali *sentimus* §. *percipimus*. Nihil hoc genere apud Graecos frequentius.

5. ὅλῳ τῷ σώματι] Nam „Tactus toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios et frigoris et caloris appulsus sentire possemus.“ Cicer. de N. D. II, 56, 141.

Ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς — ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι] Haec est lectio solius Stobaei, quam ut reciperem Schaeferi fecit auctoritas. Nam ex vulgari scriptura — ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς ἔστι μὲν ὅτε — ἥδεσθαι, ἔστε δ' αὖ λυπεῖσθαι — consequitur, quod absurdissimum est, nos nonnumquam (ἔστι μὲν ὅτε) delectari bonis et *malis*, interdum (ὅτε δ' αὖ) dolore affici *bonis* et malis.

διά τε τῆς ψυχῆς] Suppeditavit haec Reuchlinus pro vulgato καὶ διά τε τῆς ψυχῆς, quae lectio intolerabili copulae aut καὶ aut τὲ pleonasmo gravatur.

6. ὅπως δὲ καὶ ᾧ τινι καὶ ὁπότε] „*Quomodo, qua parte corporis, obdormiscentes an dormientes.*“ Schneider. De ortu caussisque somni variae erant veterum philosophorum sententiae, quas inserere pro simplicitate sua Xenophon noluit, similis in hoc praeceptoris sui, quem scimus et ipsum ab eiusmodi disputationibus e media physica repetitis abhorruisse.

μᾶλλόν πως — ἀγνοεῖν] „Zeune intelligit ἢ ἄλλο ὁτιοῦν: ego vero ad αἰσθάνεσθαί μοι δοκῶ refero: quo certius voluptatem somni percipere mihi videor, eo magis ignoro etc.“ Schneider. Simplicior Zeunii ratio; nisi velis ita dicere: *haec aliquanto magis nescire* quam scire *mihi videor*.

θαυμαστὸν, εἰ] De εἰ parti-

ρας ἡμῖν ταῖς αἰσθήσεσι παρέχεται, ἢ τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ. Πρὸς ταῦτα δὴ ὁ Ἱέρων ἀπεκρίνατο· 7
Ἔχεις μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας, οὐδ᾽ ὅπως ἂν αἴσθοιτό τινος ἄλλου ὁ τύραννος, ἔχοιμ᾽ ἂν εἰπεῖν. Ὥστε μέχρι γε τούτου οὐκ οἶδ᾽ εἴ τινι διαφέρει ὁ τυραννικὸς βίος τοῦ ἰδιωτικοῦ βίου. Καὶ ὁ Σιμωνί- 8
δης εἶπεν· Ἀλλ᾽ ἐν τοῖσδε, ἔφη, διαφέροι ἄν, εἰ πολλαπλάσια μὲν δι᾽ ἑκάστου τούτων εὐφραίνεται, πολὺ δὲ μείω τὰ λυπηρὰ ἔχει. Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Οὐχ οὕτως ἔχει, ὦ Σιμωνίδη, ταῦτα· ἀλλ᾽ εὖ ἴσθι

---

quia sic posita: vid. Buttmann. §. 136. p. 568. Matth. §. 617. 2). Simili urbanitate ii ponunt Latini, ubi quod vel *infinitivum cum accusativo* exspectes. Sic Cicero de Amic. XV, 53. de Tarquinio scribit haec: „Quamquam *miror*, illa superbia et importunitate *si* quemquam (intell. fidum amicum) habere potuit.“ Cf. Grotefend. gramm. lat. §. 234. III. p. 344. ed. 3.

7. ἀπεκρίνατο — ἔφη] Vix est quod adnotem, in quotidiano sermone saepe iterari verbum ἔφη (ἔφην, φησί, φάναι) aut abundanter inferri, posita iam eiusdem significationis voce, ut h. l. ἀπεκρίνατο et mox §. 8. εἶπεν, ubi fuerunt qui ἔφη quod sequitur omitterent. Male. Exemplis sat multis hic ipse libellus refertus est. Apud Latinos eadem consuetudo valet; vid. Brem. ad Corn. Nep. Hannib. II, 2.

ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας] De hoc genere attractionis vid. Buttm. §. 150. 5, 2. Matth. §. 473.

οὐκ οἶδ᾽ εἴ τινι διαφέρει] i. e. *nescio an nulla re praestet.* In qua formula discrepat Graeci sermonis ratio a Latino. — Sequens βίος non habet Stobaeus, quod tamen a sermone populari et simplici non abhorrere recte dicit Schneiderus.

8. διαφέροι ἄν, εἰ πολλαπλ.] „Hanc ex Stobaeo scripturam recepit Zeune, antiquam vero διαφέρει. πολλαπλάσια revocavit Weiske, nulla edita ratione, quae in Stobaeana patet, utpote modestam Simonidis responsionem habente, quum in vulgari desideretur particula γὰρ vel similis.“ Ita recte Schneiderus, sed quod Brunckium dicit admodum probabiliter corrigere εὐφραίνοιτο — ἔχοι pro εὐφραίνεται — ἔχει, in eo nunc non facile quemquam habebit assentientem. Optativis enim si hic uteretur Simonides, tota res dubitantius proponeretur; sed simulat illa, se hoc pro certo habere, maiore voluptate per sensus affici regem quam privatum. Quamobrem huius loci sensus hic est: *Sed in eo differat* (*differet*), *si multo maiorem*, ut mihi quidem videtur, *ex his singulis voluptatem percipit.* Et illud εἰ cum indicativo positum cum germanico *insofern ja* comparavit Bremius; latine dixeris *siquidem, quandoquidem.* Nec vero rara

ὅτι μείω πολὺ εὐφραίνονται οἱ τύραννοι τῶν μετρίως διαγόντων ἰδιωτῶν, πολὺ δὲ πλείω καὶ μείζω λυποῦνται.
9 Ἄπιστα λέγεις, ἔφη ὁ Σιμωνίδης. Εἰ γὰρ οὕτως ταῦτ' ἔχει, πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν, καὶ ταῦτα τῶν δοκούντων ἱκανωτάτων ἀνδρῶν εἶναι;
10 πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους; Ὅτι ναὶ

sunt huius constructionis (de qua vid. Matth. §. 594. in.) exempla; quorum multa congessit Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 171. B. ad Protag. p. 340. D. Cf. idem ad Horat. Satir. II, 5, 154.

ὅτι μείω πολὺ εὐφραίν.] Legebatur ὅτι πολὺ μείω εὐφρ., quem verborum ordinem cum codd. Parr. Lips. ac Reuchlin. mutare non dubitavi propter oppositionis gravitatem. Probabit hoc, quicumque recte didicerit, quantum in utraque lingua et ponderis et suavitatis habeat iusta verborum singulorum collocatio. Etiam apud Latinos *multo* adverbium et quae sunt huius generis similia variam in variis locis sedem obtinent. Sic Cicero de Orat. II, 42, 178. „*Plura* enim *multo* homines iudicant odio quam veritate." Id. ibid. 46, 192. „Sed alia sunt *maiora multo*." Quemadmodum autem Cicero Cat. Mai. II, 6. *ante multo*, sic Caesar de B. C. I, 20. Sallust. Catil. 18. *post paullo* transposuerunt. Cf. Buttm. §. 158. III. 2.

τῶν μετρίως διαγόντων] „*quam qui in mediocri fortuna constituti sunt.*" Brodaeus explicat per μετρίως διαιτωμένων, eo haud dubie sensu, quo legimus §. 19. Sed res hic latius patet." Weiskius.

9. Εἰ γὰρ οὕτως ταῦτ' ἔχει] „Pro ἔχει usus et consequutio temporum necessario postulat id, quod Stobaeus habet, εἶχε, quod ponere non dubitavi. Imperfecta et aoristi in tali nexu post εἰ vim coniunctivi [latini] habent." Weiskius. Cf. Buttmann. §. 126. 9. 4). Matth. §. 508. At in nostro loco tantum abest ut ἔχει improbem, ut imperfectum credam absurdi quid inferre. Enimvero negaret Simonides ac parum urbane reiiceret ea, quae Hiero ipsi nondum explicavit. Sed quum dicit εἰ ἔχει, nihil aliud sibi vult quam hoc: *Si haec est harum rerum conditio — nolo enim affirmanti tibi temere repugnare — tum sane optabilior erit privati hominis vita. Sed ut verum fatear, mihi quidem secus videtur. Nam si ita esset, cur* tam multi *cuperent regnare?* Plene igitur ita dixeris: εἰ οὕτως ταῦτ' ἔχει, ἄθλιοι ἂν εἶεν οἱ τύραννοι· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἐμοὶ δοκεῖν, ἔχει· εἰ γὰρ οὕτως εἶχε, οὐκ ἂν πολλοὶ ἐπεθύμουν τυραννεῖν. Vides, quanta sit Graecorum urbanitas, quanta brevitas et concinnitas. Caeterum similiter loquitur in tali re etiam Aristophanes Avv. 789 — 794. Accedat his alius locus ex Pla-

μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Ἱέρων, ἄπειροι ὄντες ἀμφοτέρων τῶν ἔργων σκοποῦνταί περὶ αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ πειράσομαί σε διδάσκειν, ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ σὲ δοκῶ μεμνῆσθαι ἀρξάμενον λέγειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς διὰ τῆς 11
ὄψεως θεάμασι λογιζόμενος εὑρίσκω μειονεκτοῦντας

tonis Phaedon. p. 70. C. qui quamvis paullo aliter conformatus sit, videtur tamen non male huc referri posse. Ibi igitur haec verba legimus: Καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ; οὐ γὰρ ἄν που πάλιν ἐγίγνοντο μὴ οὖσαι.

τῶν δοκούντων ἱκαν. ἀνδρ. εἶναι] Vid. Buttm. §. 129. 2. §. 151. 4. c. Matth. §. 536. Cf. infr. §. 32. II, 1. III, 8.

πάντες ἐζήλουν ἂν] Reuchlin. codd. Lips. Parr. A. B. dant πάντας. Minus bene. Cupiunt regnare multi, omnes admirantur felicesque putant tyrannos.

10. ἄπειροι ὄντες ἀμφοτέρων τῶν ἔργων] Si voluisset scriptor ἀμφότερα τὰ ἔργα unam esse notionem ad indicandum id, quod antea posuerat ὁ τυραννικὸς καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος: simpliciter scripturus fuisset ἀμφότερα. Hinc bene vidit Bremius, primarium genitivum in his esse τῶν ἔργων, a quo pendeat alter ἀμφοτέρων; sed falsus est in eo, quod τὰ ἔργα ἀμφοτέρων de effectu utriusque (vitae privatae et regiae) vult intelligi. Sunt enim vera utriusque vitae conditio. Sed quod tam arcte copulati sunt hi genitivi, id nemo mirabitur. Similiter Xenoph. Anab. V, 5, 18. βίᾳ οὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων. Ibi τὰ ἐκείνων sunt res illorum. Hellen. II, 2, 9. ὅσοι τῶν αὑτῶν ἐστέροντο. In talibus autem qui regitur genitivus postponi solet alteri regenti, sed ita tamen, ut interdum etiam, uti h. l. factum videmus, id est in oppositionis vi et gravitate augenda, primam sedem occupet. Pertinet huc illud exemplum, quod laudat Bremius ex Anab. VII, 2, 17. παραλαβὼν Πολυκράτην τὸν Ἀθηναῖον, λοχαγὸν, καὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν ἑκάστου ἄνδρα (πλὴν παρὰ Νέωνος), ὃ ἕκαστος ἐπιστεύε. In his et numeri diversitas, quae est horum genitivorum, et quod sequitur additamentum (πλὴν παρὰ Νέωνος) omnem tollit dubitationem. Cf. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 400. D. De Latinis Bremius iubet conferri Cic. Tusc. Disp. II, 21, 50. „Huius (intell. mulieris) animi pars illa mollior rationi sic paruit, ut severo imperatori miles pudens.“ Or. pr. Cn. Planc. II, 6. „Si cedo illius (Laterensis) ornamentis, quae multa et magna sunt, non solum huius (Plancii) dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio.“ Infinitum est plura commemorare; quae si quis desideraverit, inspiciat Bremii adnot. ad Corn. Nep. Milt. III, 1.

τοὺς τυράννους. Ἀλλὰ μήν γε ἐν ἄλλῃ χώρᾳ ἐστὶν
ἀξιοθέατα· ἐπὶ δὲ τούτων ἕκαστα οἱ μὲν ἰδιῶται ἔρ-
χονται, καὶ εἰς πόλεις, ἃς ἂν βούλωνται θεαμάτων ἕνε-
κα, καὶ εἰς τὰς κοινὰς πανηγύρεις, ἔνθα τὰ ἀξιοθεα-
12 τότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συναγείρεσθαι. Οἱ δὲ
τύραννοι οὐ μάλα ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν. Οὔτε γὰρ
ἰέναι αὐτοῖς ἀσφαλές, ὅπου μὴ κρείσσονες τῶν παρόν-
των μέλλουσιν ἔσεσθαι, οὔτε τὰ οἴκοι κέκτηνται ἐχυ-
ρά, ὥστε ἄλλοις παρακαταθεμένους ἀποδημεῖν. Φο-
βερὸν γὰρ μὴ ἅμα τε στερηθῶσι τῆς ἀρχῆς καὶ ἀδύ-
13 νατοι γένωνται τιμωρήσασθαι τοὺς ἀδικήσαντας. Εἴ-

τι, ἃς ἂν βούλωνται] Ad ἃς repete εἰς, quae ellipsis praepositionum quum apud Graecos tum apud Latinos frequentissima est. Xenoph. Memor. Socr., III, 7, 5. Ἐν ταῖς συνουσίαις, αἷς σύνει τοῖς τὰ τῆς πόλεως πράττουσι. Symp. IV, 1. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ὑμῶν ἀκούω ἀπορούντων, τί τὸ δίκαιον, ἐν τούτῳ δικαιοτέρους τοὺς ἀνθρώπους ποιῶ. Cic. Legg. III, 15, 33. „Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio." Vid. Matth. §. 595. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 76. D. Schaef. ad Sophocl. Oed. Colon. 749. Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 44, 127. Brem. ad Corn. Nep. Cim. III, 1.

ἔνθα τὰ ἀξιοθεατότατα] Ita corrigi debebat vel invito cod. Par. B., qui dat ἔνθα τὰ ἀξιοθεατώτατα. Herodot. II, 76. Τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱρὸν Ἄμασίς ἐστι ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. Sic infra §. 35. ἐπαφροδιτότατα, recte scriptum in cod. Lips. — In seqq. verbis δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συναγείρεσθαι mirum quantum se torserunt interpretes. Ac fuerunt quibus verbum εἶναι tamquam ineptum displiceret. Non est tamen cur quidquam mutes. Dicere volebat: ἔνθα τὰ ἀξιοθεατότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις, ὥστε συναγείρεσθαι αὐτούς. Cf. Matth. §. 535. b). Buttm. §. 127. 4. — „Praeterea, inquit Schneiderus, in Xenophonte displicent verba θεαμάτων ἕνεκα, plane supervacanea post illa ἐπὶ δὲ τούτων ἕκαστα, nec ad concinnitatem orationis conferre quidquam videntur." Vereor ut recte.

12. κρείσσονες] Sic Reuchl. codd. Lips. Parr. A. B., quos scito in talibus mihi ubique duces fuisse. Nec vero temere scriptum est, quod dedimus infr. §. 19. VI, 2. all. Vid. Bornemann. de Epilog. Cyrop. p. 19. Add. Poppo ad Cyrop. Praef. p. XXXIII. seqq.

ἅμα τε στερηθῶσι — καὶ ἀδ.] Omissum est τε post ἅμα in multis libris. Praeter necessitatem. Sexcenties τε — καὶ particulae sic post ἅμα positae reperiuntur. — Caeterum eamdem sententiam de vita tyranni Plato Reip. libr. IX. p. 579. B. sic explicat: λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ

ποῖς οὖν ἂν ἴσως σύ. Ἀλλ' ἄρα ἔρχεται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ οἴκοι μένουσι. Ναὶ μὰ Δί', ὦ Σιμωνίδη, ὀλίγα γε τῶν πολλῶν· καὶ ταῦτα τοιαῦτα ὄντα οὕτω τίμια πωλεῖται τοῖς τυράννοις, ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν ἀξιοῦσι πολλαπλάσια λαβόντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπιέναι παρὰ τοῦ τυράννου ἢ ὅσα ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ πάντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτῶνται.
14 Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· Ἀλλ' εἰ τοῖς θεάμασι μειονεκτεῖτε, διά γέ τοι τῆς ἀκοῆς πλεονεκτεῖτε. Ἐπεὶ τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου οὔποτε σπανίζετε. Πάντες γὰρ οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα, καὶ ὅσα

ὁ

πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ.

ὥστε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν] Cod. Lips. post ὥστε additum habet καί, quod quamquam vel falso iudicio vel oculi errore facile ab sequentibus verbis huc transponi a librario potuit, mihi tamen ita probatur, ut non multum abesset, quin orationi Hieronis insererem. Notum est enim, quantopere Graeci in huius particulae usu luxurientur. Luculentum eius rei exemplum exstat apud Plat. Phileb. p. 62. "Ἆρα δή, inquit Socrates, βουλεύεσθαι νῷν καὶ περὶ τῶν ἡδονῶν, πότερα καὶ ταύτας πάσας ἀθρόας ἀφετέον ἢ καὶ τούτων πρώτας μεθετέον ἡμῖν, ὅσαι ἀληθεῖς. ubi nollem amicissimum editorem in triplici καί haesisse.

13. πολλαπλάσια — ἢ ὅσα] Refutat hic quoque locus errorem eorum, quibus pronomen relativum post πολλαπλάσιον, διπλάσιος omitti debere videbatur. Similiter Xen. Cyr. IV, 2, 37. ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως διπλάσια σῖτα καὶ ποτὰ παρασκευασθῆναι τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς οἰκέταις ἢ ἃ (sic recte Schaeferus) καθ' ἡμέραν ποιεῖτε.

14. ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου] Antisthenes quum vidisset adolescentem luxuriosum acroamatis deditum, dixisse traditur: „Miserum te, adolescens, qui numquam audisti summum acroama laudem tuam." Ipse Xenophon in fabula Prodicia §. 31. haec habet: τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος ἐπαίνου σεαυτῆς ἀνήκοος εἶ. „Themistoclem dixisse aiunt, quum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur." Cic. pr. Arch. Poet. IX, 32.

ὅσα ἂν — ὅσα ἂν] Sic legitur in Stobaeo et cod. Par. B., in reliquis est ὅσα ἐὰν — ὅσα ἐάν; quod cur spreverim, ne tironum quidem scientiam fugere potest. Laudo tamen Hindenburgium, qui quum aliquoties vidisset ἐὰν scriptum, ubi ἂν debebat, neque id auderet invitis libris ubique rescribere,

ἂν λέγητε καὶ ὅσα ἂν ποιῆτε, ἐπαινοῦσι. Τοῦ δ' αὖ χαλεπωτάτου ἀκροάματος λοιδορίας ἀνήκοοί ἐστε. Οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγο-
15 ρεῖν. Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Καὶ τί οἴει, ἔφη, τοὺς μὴ λέγοντας κακῶς εὐφραίνειν, ὅταν εἰδῇ τις σαφῶς, ὅτι οἱ σιωπῶντες οὗτοι πάντες πάντα κακὰ νοοῦσι τῷ τυράννῳ; ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας τί δοκεῖς εὐφραίνειν, ὅταν ὕποπτοι ὦσιν ἕνεκα τοῦ κολακεύειν τοὺς ἐπαί-
16 νους ποιεῖσθαι; Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν· Τοῦτο μὲν δὴ καὶ μὰ τὸν Δία ἔγωγέ σοι Ἱέρων πάνυ συγχωρῶ, τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων ἡδίστους εἶναι· ἀλλ', ὁρᾷς, ἐκεῖνό γε οὐκ ἂν ἔτι πείσαις ἀνθρώ-

Animadv. in Xen. Mem. p. 150. de nostro loco haec proposuit: „Nisi quis haec exquisitius et *more Attico* dicta existimet, quo tempus et rem relative simul exprimunt, pro καὶ ἐὰν λέγητέ τι καὶ ὅσα [ἂν] λέγητε itemque καὶ ἐὰν ποιῆτέ τι καὶ ὅσα [ἂν] ποιῆτε.“ Sed quid in eiusmodi locis statuendum sit, docuit Hermannus Adnotatt. ad Viger. p. 835. Cf. Schaef. Iulian. p. V.

Οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει etc.] Similiter de hac re loquitur Dio Chrysostomus T. II. p. 322. in. ed. Reisk.: οὐδεὶς φέγει ἐκ τοῦ φανεροῦ.

15. πάντες πάντα κακὰ] Non dubitavi sic edere cum Schaefero, quamquam obnititur Schneiderus, cui, quod Hiero amice loquatur cum Simonide, πάντα secludendum videtur. Cf. infr. II, 8. Et amat quaevis lingua, inprimis Graeca, talia per abundantiam quamdam coniugare: quae coniugatio utrimque adiuvat significationem. Plat. Legg. XI. p. 934. D. μαίνονται πολλοὶ πολλοὺς τρόπους. Cic. de N. D. I, 19, 50. „ut omnia omnibus paria paribus respondeant.“ Id. de Off. I, 15, 49. „*Multi* enim faciunt *multa* temeritate quadam.“ Add. ibid. c. XVII. §. 53. ubi vid. quae notavit doctissimus Beierus. Exempla quaedam, licet alia de caussa, attulit etiam Buttm. §. 138. III. 1.

ἕνεκα τοῦ κολακεύειν] „non quod laude digna sint ea, quae praedicant.“ Brodaeus.

ποιεῖσθαι] „Stobaeus ποιούμενοι dat probante Stephano, non me; nec cum Zeunio ὥστε intelligendum est ad ποιεῖσθαι. Is enim Infinitivus ab ὕποπτοι ὦσιν pendet.“ Haec bene Schneiderus monuit; non tamen omnino improbandum est participium. Vid. Buttm. §. 131. 4. et ibid. observ. 3. Ego certe ita constructum ὑποπτεύεσθαι legisse me recordor.

16. ἀλλ, ὁρᾷς, ἐκεῖνό γε] Miris modis in hoc loco corrigendo laborarunt interpretes. Sed ὁρᾷς sic interpositum ne suspectum habeas, efficient haec exempla: Plat. Prot. p. 336. B. Ἀλλ', ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες δίκαια δοκεῖ λέγειν Πρωταγόρας. Aristoph. Thesmoph. 490. ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷς, Εὐριπί-

κων οὐδένα, ἐπεὶ οὐχί, δι' ἃ ἂν τρεφώμεθα οἱ ἄνθρωποι, πολὺ πλείω ὑμεῖς ἐν αὐτοῖς εὐφραίνεσθε. Καὶ οἶδά 17
γ', ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, ὅτι τούτῳ κρίνουσιν οἱ πλεῖστοι ἥδιον ἡμᾶς καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν τῶν ἰδιωτῶν, ὅτι δοκοῦσι καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν δειπνῆσαι τὸ ἡμῖν παρατιθέμενον δεῖπνον ἢ τὸ ἑαυτοῖς. Τὸ γὰρ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλον, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς. Διὸ καὶ 18
πάντες ἄνθρωποι ἡδέως προσδέχονται τὰς ἑορτάς, πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι. Ἔκπλεῳ γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμέναι οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔχουσιν αἱ τράπεζαι αὐτῶν ἐπίδοσιν. Ὥστε ταύτῃ πρῶτον τῇ εὐφροσύνῃ τῆς ἐλπίδος μειονεκτοῦσι τῶν ἰδιωτῶν.

δης. et mox 496. ταῦθ', ὁρᾷς, οὐδεπώποτ' εἶπεν. Neque raro ὁρᾷς illud vel ὁρᾶτε orationi praemittitur: Eurip. Orest. 581. seqq. ὁρᾷς, Ὀδυσσέως ἄλοχον οὐ κατέκτανε Τηλέμαχος· οὐ γὰρ ἐπεγάμει νοσεῖ πόσιν. Cfr. Heindorfius ad Plat. Prot. l. c. (nam quae idem ad Cratyl. p. 431. E. proposuit, probare nequeo), et qui numquam satis a me laudari potest Cel. Beckius ad Aristoph. Avv. 1565. De vi et significatione huius verbi Bremius haec adscripsit: „Sehr oft steht ἀλλ' ὁρᾷς im Anfang der Periode, und ist stark bejahend und insinuirend, indem man überzeugt ist, der, zu dem man redet, könne die Sache selbst unmöglich anders ansehen.“ Recte. Noli tamen credere, ἀλλά particulam necessarium quoddam additamentum esse ad interiectum illud ὁρᾷς, quod vel sine particula eodem modo dicitur. Ἀλλά pertinet ad totam sententiam, quae sequitur, et in nostro loco ad praecedd. verba τοῦτο μὲν δὴ spectat. Similiter usurpatur etiam latinum vides, in quo pariter ut in graeco verbo saepius haeserunt VV. DD. Ac ne nos quidem ab hoc usu alieni sumus, saepe sic nostrum siehst du medio sermoni inserentes.

17. καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν] In pluribus libris ordine mutato et priore καὶ omisso sic scribitur: ἐσθίειν καὶ πίνειν, eamque iustam aiunt collocationem esse. Ac profecto ita iam in Homero legitur: ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν. Cave tamen quidquam mutes. Neque apud Graecos neque apud Latinos haec regula caret exceptione.

ὑπερβάλλον] Solus Athenaeus (IV, 24.) dedit ὑπερβάλλειν, quem infinitivum nollem ab Hieronis editoribus in ordinem receptum. Saepe etiam participio additur pronomen demonstrativum, ubi id putaveris omitti potuisse, augetque sententiae gravitatem. Vid. Matth. §. 468. b). Cf. etiam infr. §§. 21. 25. 30.

18. πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι] Legebantur haec sine negatione, quam, quum non temere orta videretur, non dubitavi ex Athenaeo restituere. Nam cur ab librariis omissa fuerit, facilis explicatio est. Sed in aliis etiam locis post πλήν, in qua

19 Ἔπειτα δ', ἔφη, ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ ἔμπειρος εἶ,
ὅτι ὅσῳ ἂν πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκα-
νῶν, τοσούτῳ θᾶσσον κόρος ἐμπίπτει τῆς ἐδωδῆς.
Ὥστε καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς μειονεκτεῖ ὁ παρατι-
20 θέμενος πολλὰ τῶν μετρίως διαιτωμένων. Ἀλλὰ ναὶ
μὰ Δί', ἔφη ὁ Σιμωνίδης, ὅσον ἂν χρόνον ἡ ψυχὴ
προσίηται, τοῦτον πολὺ μᾶλλον ἥδονται οἱ ταῖς πολυ-
τελεστέραις παρασκευαῖς τρεφόμενοι τῶν τὰ εὐτελέ-
21 στερα παρατιθεμένων. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἱέρων, ὦ Σι-
μωνίδη, τὸν ἑκάστῳ ἡδόμενον μάλιστα, τοῦτον οἴει καὶ
ἐρωτικώτατα ἔχειν τοῦ ἔργου τούτου; Πάνυ μὲν οὖν,
ἔφη. Ἦ οὖν ὁρᾷς τι τοὺς τυράννους ἥδιον ἐπὶ τὴν

particula inest iam quaedam negationis significatio, sic solet addi. Commode Schneiderus in hanc rem comparat Xen. de Rep. Lacedaem. XV, 6. *Καὶ ἕδρας δὲ πάντες ὑπανίστανται βασιλεῖ, πλὴν οὐκ ἔφοροι ἀπὸ τῶν ἐφορικῶν δίφρων.* Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 459. Nostrates quoque in familiari sermone sic loquuntur: „Alle Leute freuen sich auf die Festtage, *ausgenommen* die Geistlichen *nicht*.“ Ac si de ratione et natura huiuscemodi loquutionis quaeras, certum est quid respondeam. Namque ita enodanda dictio est: *ausgenommen* die Geistl., *die freuen sich nicht.* Non potest igitur, quid in talibus spectetur, cuiquam obscurum esse.

19. *ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι*] „Pro *ἐκεῖνο*, inquit Zeunius, recepi ex Stobaeo genitivum, quem *ἔμπειρος* requirit: nam *ἐκεῖνο* non potest referri ad *οἶδα*.“ Potest. Sententia haec est: *ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ (αὐτοῦ) ἔμπειρος εἶ.* Vid. Buttmann, §. 117. 5.

ἥκιστα δ᾽ αἶσχος] Ante Schneiderum vitiose legebatur ἥκιστα δ᾽ ἂν αἶσχος. Hoc enim modo ἂν particulam cum indicativis praesentiam exprimentibus coniungere boni scriptores non solent. Lege frugiferam hac de re disputationem Reisigii *Comment. de vi et usu ἂν partic.* p. 121. sqq. Cf. Buttm. §. 126. 7.

ὁμιλῶν] Ne quem offendat masculinum singularis post neutrum plurale παιδικά illatum, placet adscribere hunc locum: Οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάζεται. Plat. Phaedr. p. 239. A. ubi vid. Heindorf. In talibus significationis, non generis vel numeri ratio habetur; idque a grammaticis veteribus vocatur σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Cf. etiam quae diximus ad II, 15.

τούτου ὑπολογίζεται] „Pro τοῦτο scripsi τούτου. Facile ex litteris ΟΥ ΥΠΟΛ prius Υ omitti potuit. Illud τούτου regitur ab αἶσχος: turpitudo eius, quo amatore utitur.“ Weisk.

7. ὠφελεῖν δύνησθε] „Mirum Weiskio antiquum δυνήσεσθε placuisse, damnata vera Stephani coniectura. Idem vitium ἐπειδὰν ἀγνοεῖς revocavit vir doctus in Memor. I, 2, 35. IV, 3, 4. 6. 9. non admonito lectore. In margine Villois. est δύνησθε [δύνησθε Lips. et Parr. codd.]. „Schneider. Probi scriptores, quales sunt Xenophon, Plato, all. eiusmodi particulas (ὅταν, ὁπόταν, ἐάν, all.) numquam cum indicativo construunt; serioribus peioribusque (v. c. Aesopo) talia vitia condonantur.

8. ἄνθρωποι, ἡμᾶς] Ita haec verba distinguenda esse bene vidit Schneiderus. Vulgaris interpunctio haec erat: ἀπεχθ. οἱ ἀνθρ. ἡμᾶς, ποιεῖ etc.

9. Πρακτέον μέν γε] „Weiske μὲν γὰρ scribendum censet, deinde μέλλομεν: hoc quidem verissime.“ Schneider. Neutrum credo. Sed de γάρ reponendo multo minus assentiar, quum innumeris locis sic inferatur γέ, ubi γάρ exspectaveris. Supra I, 11. Cyrop. II, 1, 16. 2. 14. IV, 3, 8. 16. sq. Symp. VI, 7. ubi obiter moneo legendum esse Αὐτόθεν μέν γε πολλάκις ὠφελοῦσιν, quod proposuit nuper Iacobsius ad Achill. Tat. Tom. II. p. 660. Idem coniecerat ingeniosus adolescens Lu-

ὧν ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι, ἡμᾶς πολὺ πλείω
τῶν ἰδιωτῶν ἀνάγκη ἐστὶ πραγματεύεσθαι. Πρα- 9
κτέον μέν γε χρήματα, εἰ μέλλοιμεν ἕξειν δαπανᾶν
εἰς τὰ δέοντα, ἀναγκαστέον δὲ φυλάσσειν, ὅσα δεῖ-
ται φυλακῆς, κολαστέον δὲ τοὺς ἀδίκους, κωλυτέον
δὲ τοὺς ὑβρίζειν βουλομένους. Καὶ ὅταν γε τάχους
καιρὸς παραστῇ ἢ πεζῇ ἢ κατὰ θάλασσαν ἐξορμᾶ-
σθαι, οὐκ ἐπιτρεπτέον τοῖς ῥᾳδιουργοῦσιν. Ἔτι δὲ 10
μισθοφόρων μὲν ἀνδρὶ τυράννῳ δεῖ· τούτου δὲ βα-
ρύτερον φόρημα οὐδέν ἐστι τοῖς πολίταις. Οὐ γὰρ

dov. Aug. Dindorfius. — Caeterum quae sit natura et vis adiectivorum verbalium, discant tirones a Buttmanno gr. gr. §. 92.

10. φόρημα] Cyrop. III, 1, 25. Ἔτι δὲ φανερώτερον καὶ ἐκ τῶνδε, οἷον φόρημα ὁ φόβος.

τυράννους ἰσοτίμους] Ita optime Reuchlinus cum cod. Par. A. hoc sensu: *non enim tyrannos communes putant*, sed etc. Adhuc legebatur τυράννοις ἰσοτίμους, quae verba dici vix potest quantas molestias et antiquis et novissimis interpretibus fecerint. Quod quum mihi et ipsi accideret, tandem rebus propemodo desperatis consului Hermannum, qui pro summa in me humanitate ad me mox dedit has litteras: „En tibi locum Xenophontis certa, ut opinor, emendatione restitutum. Scribe Οὐ γὰρ τυραννὶς ἰσότιμος [ἰσότιμος cod. Lips.], ἀλλὰ etc. *Non enim tyrannis communis est, sed sese efferendi caussa ali illos putant.* Ἰσότιμος etiam quem Latini *communem* dicunt significat, i. e. qui se non ab aliis segregat, sed erga omnes comem et facilem se praebet, ut si eiusdem cum iis conditionis sit [Vid. Cic. Cat. mai. XVII, 59. ibique Gernhard.]. Nec videtur opus esse, ut propterea haec vox active accipiatur. Aptissime H. Stephanus in Thesauro attulit haec Herodiani verba de Pertinace II, 4, 18. Οὕτω γὰρ μέτριος καὶ ἰσότιμος ἦν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἤδη μειράκιον ὄντα, μηδὲ εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἔν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ καὶ εἰς τὰ συνήθη προϊόντα διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια, ἰδιωτεύοντα ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα πράττειν, οὐδαμοῦ τῦφον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν. Vides ita Xenophonti sensum restitui eum, quo maxime opus est ad demonstrandum illud, quod vult demonstrare Hiero. Nam neque splendor, quem milites mercenarii adderent tyranno, neque corporis custodia recte commemoraretur. Quum enim carere tyranno cives malint, omnino non probabunt milites mercenarios, neque aut splendorem ei conciliare aut tuendo esse volent. Sed eiusmodi potius argumento utendum erat, quod eos nulla non esse conditione βαρὺ φόρημα τοῖς πολίταις ostenderet. Ea vero sola est

τυράννους ἰσοτίμους, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι.

πλεονεξία. Aegre enim ferunt praerogativam, quam sibi arrogat tyrannus, quum se satellitibus stipatum ab reliquis civibus distinguit et segregat." Ita cogitabat Hermannus, priusquam a me acceperat, quid in cod. Par. et ed. Reuchl. scriptum esset; quorum librorum lectione et quae Xenophontis sententia fuerit et quam vere Hermannus de hoc loco iudicaverit, mirifice declaratur.

CAPVT IX.

Quum Simonides negare non posset, multa esse negotia, quae quamvis odium concitent, negligi tamen a tyranno non debeant: hoc suadet Hieroni, ut grata quae sint ipse administret, sed quae facile offendant, ea per alios gerenda curet; praesertim quum etiam in aliis rebus v. c. in certaminibus similis ratio obtineat: in quibus quemadmodum praemia proponat princeps, ita Hieroni in caeterarum quoque rerum procuratione versandum (1 — 5.): *praemiis igitur excitari debere hominum studia et aemulationem, ut rem militarem obeant, sint fortes ac iusti, ut pecunias ad publicum usum iusto tempore conferant, agriculturam et mercaturam exerceant aliasque res civitati utiles alacriter et libenter administrent. Ita enim fieri non posse, quin tyrannus de populo suo eiusque moribus optime mereat atque omnium sibi benevolentiam conciliet* (6 — 10.): *neo vero esse quod de exhauriendo aerario metuat, quum nihil fructuosius sit quam quod quis emat praemiis* (11.).

Πρὸς ταῦτα δὴ πάλιν εἶπεν ὁ Σιμωνίδης· Ἀλλ᾽ ὅπως μὲν οὐ πάντων τούτων ἐπιμελητέον ὦ Ἱέρων, 1
οὐ λέγω. Ἐπιμέλειαί γε μέντοι μοι δοκοῦσιν αἱ μὲν πάνυ πρὸς ἔχθραν ἄγειν, αἱ δὲ πάνυ διὰ χαρίτων
εἶναι. Τὸ μὲν γὰρ διδάσκειν, ἅ ἐστι βέλτιστα, καὶ 2
τὸν κάλλιστα ταῦτα ἐξεργαζόμενον ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, αὕτη μὲν ἡ ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται· τὸ δὲ τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ ζημιοῦν καὶ κολάζειν, ταῦτα δὲ ἀνάγκη δι᾽ ἀπεχθείας μᾶλλον γίγνεσθαι. Ἐγὼ οὖν 3
φημί, ἀνδρὶ ἄρχοντι τὸ μὲν τὸν ἀνάγκης δεόμενον ἄλλοις προστακτέον εἶναι κολάζειν, τὸ δὲ τὰ ἆθλα ἀποδιδόναι δι᾽ αὑτοῦ ποιητέον. Ὡς δὲ ταῦτα καλῶς ἔχει, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα. Καὶ γὰρ ὅταν 4
χοροὺς ἡμῖν βουλώμεθα ἀγωνίζεσθαι, ἆθλα μὲν ὁ ἄρχων προτίθησιν, ἀθροίζειν δὲ αὐτοὺς προστέτακται χορηγοῖς, καὶ ἄλλοις διδάσκειν καὶ ἀνάγκην

1. *πάλιν εἶπεν ὁ Σιμ.*] Codd. Par. B. Lips. haec ita ordinant: *πάλιν ὁ Σιμωνίδης εἶπεν*. Sequens *γε* ex Stobaeo addidit Schneiderus, in caeteris libris solum *μέντοι* legitur.

2. *Τὸ μὲν — αὕτη μὲν*] Advertant tirones iterationem particulae. Cfr. Matth. §. 622. 2. Schaef. Melett. Critt. p. 111.

3. *τὸν ἀνάγκης δεόμενον*] „Articulum addendum esse recte censuit Stephanus, cui nemo hucusque obtemperavit, nisi quod Weiske *τὸ μὲν* pertinere ad *κολάζειν* [Cf. supr. ad III, 12.], non ad *δεόμενον* admonuit. Sententiam eamdem Xenophon proposuit in Cyrop. VIII, 1, 18 2, 27.“ Schneider. Similis sententia est Aristotelis Politt. V, 9, 16. p. 233. ed. Schneider. *Τούς τ᾽ ἀγαθοὺς περί τι γιγνομένους τιμᾶν* [intell. ex praecedd. *δεῖ τὸν τύραννον*] *οὕτως, ὥστε μὴ νομίζειν ἄν ποτε τιμηθῆναι μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολιτῶν αὐτονόμων ὄντων· καὶ τὰς μὲν τοιαύτας τιμὰς ἀπονέμειν αὐτόν, τὰς δὲ κολάσεις δι᾽ ἑτέρων ἀρχόντων καὶ δικαστηρίων*. Sed de articulo addendo prorsus assentior Schneidero. Dixerat antea *τὸν ἐξεργαζόμενον — τὸν ἐνδεῶς τι ποιούμενον* (cf. §. 4.) et vid. Buttmann. §. 110. obs. 2. Cf. Matth. §. 269. et §. 267. p. 272. in. Quam facile articulus omitti potuerit, ex iis patefieri puto, quae dicta sunt ad III, 14. extrem. Similiter infra sect. 6. *τῆς ἐν τοῖς συμβολαίοις* ex optimis libris scribendum erat pro vulgari *τῆς ἐν συμβολαίοις*.

4. *καὶ ἄλλοις*] *τοῖς χοροδιδασκάλοις καλουμένοις*.

προστιθέναι τοῖς ἐνδεῶς τι ποιοῦσιν. Οἶμαι εὐθὺς ἐν τούτοις τὸ μὲν ἐπίχαρι διὰ τοῦ ἄρχοντος ἐγένετο,
5 τὰ δ' ἀντίτυπα δι' ἄλλων. Τί οὖν κωλύει καὶ τἄλλα τὰ πολιτικὰ οὕτως περαίνεσθαι; Διῄρηνται μὲν γὰρ ἅπασαι αἱ πόλεις αἱ μὲν κατὰ φυλάς, αἱ δὲ κατὰ μόρας, αἱ δὲ κατὰ λόχους· καὶ ἄρχοντες ἐφ' ἑκάστῳ
6 μέρει ἐφεστήκασιν. Οὐκοῦν εἴ τις καὶ τούτοις, ὥσπερ τοῖς χοροῖς, ἆθλα προτιθείη καὶ εὐοπλίας καὶ εὐταξίας καὶ ἱππικῆς καὶ ἀλκῆς τῆς ἐν πολέμῳ καὶ δικαιοσύνης τῆς ἐν τοῖς συμβολαίοις, εἰκὸς καὶ ταῦτα πάν-
7 τα διὰ φιλονεικίαν εὐτόνως ἀσκεῖσθαι. Καὶ ναὶ μὰ Δία ὁρμῷντό γ' ἂν θᾶττον ὅποι δέοι, τιμῆς ὀρεγόμενοι, καὶ χρήματα θᾶσσον ἂν εἰσφέροιεν, ὁπότε

τὸ μὲν ἐπίχαρι] Neque codex Lips. neque alius quisquam liber praeter Stobaeum habet τὰ ἐπιχάριτα, quam formam Schneiderus non probare debebat. Nam qui in Xenophonte legitur comparativus ἐπιχαριτώτερον (Symp. VII, 5. Cyrop. VIII, 2, 2.), ad quem provocat Zeunius, is pariter ac superlativus ἐπιχαριτώτατον (Oecon. VII, 37.) ab ἐπίχαρι positivo repetendus est.

5. κατὰ μόρας] Ita ut scriberem cum Reuchl. et Par. A., persuasit mihi Schneiderus, qui de altera lectione κατὰ μοίρας haec adnotavit: „Videtur μόρας scribendum. Descriptio civium in μόρας fuit Laconica, uti notum; alia in φυλὰς fuit Attica; tertia κατὰ λόχους Thebanorum et Argivorum fuit, ut apparet ex Hellenicis VI, 4, 13. VII, 2, 4. Pertinuit haec descriptio non solum ad munera civium civilia, sed etiam ad bellica. Memorat enim Xenophon in Hellenicis φυλὰς Atticas, ubi ordinem exercitus Attici enarrat."

7. ὅποι δέοι] Par. B. marg. Villois. et Stob. editt. dant ὅπου δέοι. Vid. ad XI, 10.

τὸ πάντων μὲν] „Scripsi μέν, ubi vulgo legitur γε, etsi δὲ sequens non habet quo referatur, et γε notione non sua positum sit." Schneider. De grammatica horum verborum ratione vid. Matth. §. 432. p. 411.

τῶν πολιτῶν] *illis civium, qui strenuo labore agrum bene colunt;* nam ab articulo τοῖς hic pendet genitivus.

„Caeterum, inquit Schneiderus, narratio Plutarchi in Apophth. Regum p. 89. digna est quae huc referatur de Gelone Hieronis fratre: ἐξῆγε δὲ πολλάκις τοὺς Συρακουσίους ὡς ἐπὶ στρατείαν καὶ φυτείαν [Lege τὴν φυτείαν cum Schaefero, quem vid. ad Iulian. Or. in Constant. laud. p. XX. Cf. Wyttenb. Animadv. p. 1040. Oxon. Tom. II. p. 324. Lips.], ὅπως ἥ τε χώρα βελτίων γένηται γεωργουμένη καὶ μὴ χείρους αὐτοὶ σχολάζοντες."

8. σὺν τῇ] Omisit haec verba cod. Par. B.: casu, puto.

τούτου ἕνεκα ἂν εἴη, καὶ τὸ πάντων μὲν χρησιμώτατον, ἥκιστα δὲ εἰθισμένον διὰ φιλονεικίας πράσσεσθαι, ἡ γεωργία αὐτὴ ἂν πολὺ ἐπιδοίη, εἴ τις ἆθλα προτιθείη κατ' ἀγροὺς ἢ κατὰ κώμας τοῖς κάλλιστα τὴν γῆν ἐξεργαζομένοις, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν ἐῤῥωμένως τρεπομένοις πολλὰ ἂν ἀγαθὰ περαίνοιτο. Καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὔξοιντ' ἂν 8
καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον σὺν τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτοῖ. Καὶ μὴν κακουργίαι γε ἧσσον τοῖς ἐνεργοῖς ἐμφύονται. Εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πό- 9
λιν, τιμώμενος ἂν ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν καὶ ἐμπόρους ἂν πλείους ἀγείροι. Εἰ δὲ φανερὸν γένοιτο, ὅτι καὶ ὁ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τι-

Nam addita verbo (συμπαρομαρτοῖ) praepositio vix poterat offensioni esse. Cf. Matth. §. 402. obs. 1. Pro sequente optativo, quem etiam Reuchlinus habet, in edd. vett. συμπαρομαρτεῖ scribitur. Vid. tamen ad VII, 12.

De tota hac Simonidis disputatione Weiskius bene disseruit in hunc modum: „Quum agricultura olim per servos maxime administraretur, neque magistratus multum curarent privatorum hominum ex ea vel lucrum vel detrimentum, Simonides vult praemiis excitari hominum industriam. In quo praecipue rationes adiunctae lectori attento placere debent: 1) Reditus publici sic augentur; portorium v. c. e copia proventuum exportatorum: 2) Qui negotiis rei familiaris intentus est, modestior et temperantior reperitur; est enim *vita rustica*, ut Cicero pro Rosc. Amer. c. 27. extrem. dicit, *parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra*: 3) Homines quocumque negotio occupati minus proni sunt ad κακουργίας i. e. furta, latrocinia et alia e petulantia et libidine nascentia facinora; nam *inertia est nequitiae magistra.*"

9. Εἰ δὲ καὶ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν] „Non dubitanter loqui auctor censendus est aut ut de re, quae ipsi videatur levis, quum dicit εἰ δὲ etc. Est haec Attica ratio, quae per ironiam quamdam res verbis extenuare videtur, quas re ipsa multum effert, adeo ut illa verba reddi possint: *Quia vero mercatura magnam civitati praestat utilitatem.* Cf. e. g. Mem. I, 5, 1. Hanc esse auctoris mentem, etiam e libro *de vectigalibus* III, 5. sqq. liquet." Weiskius.

ὁ πλεῖστα τοῦτο ποιῶν] „Estne ὁ ἐμπορευόμενος an ὁ πλεῖστα ὠφελῶν?" quaerit Schneiderus. Quid debeat intelligi, non obscurum est.

ἀγείροι] Cod. Par. B. ἀγείρει, quod et ipsum defendi potest. Similiter deinceps dicitur πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν κ. τ. λ. Sed noli tamen

10 μήσεται, οὐδ' αὕτη ἂν ἡ σκέψις ἀργοῖτο. Ὡς δὲ
συνελόντι εἰπεῖν, εἰ καὶ κατὰ πάντα ἐμφανὲς εἴη, ὅτι
ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ ἀτίμητος ἔσται, πολ-
λοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ
σκοπεῖν τι ἀγαθόν. Καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν
ὠφελίμων μέλῃ, ἀνάγκη εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον καὶ
11 ἐπιτελεῖσθαι. Εἰ δὲ φοβῇ, ὦ Ἱέρων μὴ ἐν πολλοῖς
ἄθλων προτεθειμένων πολλαὶ δαπάναι γίγνωνται,
ἐννόησον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα
ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται. Ὁρᾷς ἐν ἱππι-
κοῖς καὶ γυμνικοῖς καὶ χορηγικοῖς ἀγῶσιν ὡς μικρὰ

quidquam novare. Cf. lib. de vectigalibus III, 5.

ἄλυπον] „Praeclare hoc verbo monetur, quid communis utilitas aut humanitas aut ipsa ratio postulet. Non debent augeri vectigalia spoliandis aut nefaria fraude circumveniendis civibus. Ex ipso solo, e terrae visceribus, ex aratione, pastione, aut ex artibus opificum vulgaribus sollertius cultis aliquid redundare debet ad ditandum aerarium sine iusta ullius querela. Qui secus agunt, merito aut stulti aut improbi habentur." Weisk.

10. κατὰ πάντα] Sic egregie lib. Victor. Mon. pro κατὰ πάντων. Cf. Goeller. ad Dionys. Hal. Comp. Verb. p. 45. Iacobs. ad Achill. Tat. Tom. II. p. 996.

τὸ σκοπεῖν] Ita scriptum est in cod. Lips. et ed. Reuchlin. „Stobaei τὸ σκοπεῖσθαι cum Welsio recepit Bachius, reiecit Zeune, mediae formae verbi rationem habens [σκοπεῖσθαι est suum in usum excogitare, σκοπεῖν in usum aliorum invenire]; de genitivo articuli non cogitabat, [quum ederet τοῦ σκοπεῖν]. Vulgatum τοῦ nullo modo ferri debebat. Articulus enim aut omittitur, ut in Mem. II, 10, 6. aut in eodem casu cum ἔργον collocandus erat. Dicitur enim τοῦτο ἔργον ποιοῦμαι vel ἔχω, non τούτου." Schneider. Vid. Cyrop. VIII, 4, 6. Agesil. XI, 12. Heindorf. ad Plat. Phaedr. §. 14. (p. HSt. 252. A.).

11. ἐν πολλοῖς] „Multis praemia proponenda, non in multis dicere Xenophon voluit; praepositionem igitur delendam censeo." Schneider. Nihil delendum est.

καὶ γυμνικοῖς] Haec verba operarum errore omissa sunt in ed. Weisk. eoque errore factum videtur, ut etiam a Schneidero omitterentur. Quae h. l. commemorantur bene sibi respondent hoc modo: ἱππικοῖς = μεγάλας δαπάνας: γυμνικοῖς = πολλοὺς πόνους: χορηγικοῖς = πολλὰς ἐπιμελείας.

μικρὰ ἄθλα] Victores sacrorum certaminum non auro ac gemmis nitentem, sed pineam aut oleaginam coronam ferebant, quae virtutis non praemium sed indicium esset. Nostra aetas virtutem gratis colere desiit.

ἆθλα μεγάλας δαπάνας καὶ πολλοὺς πόνους καὶ πολλὰς ἐπιμελείας ἐξάγεται ἀνθρώπων;

CAPVT X.

Docet Simonides, id quod Hiero vehementer dubitaverat, ipsos etiam mercenarios milites tyranno utiles ac necessarios esse, eorumque invidiam facile posse vitari, si tyrannus eos alat ad hominum petulantium iniurias coercendas, ad salutem non modo suam sed omnium civium tuendam; ad agricolas cum pecoribus contra latrones defendendos; ad incursiones hostium arcendas et expeditionem adversus hostes suscipiendam; ad amicorum res tutandas et hostium opes frangendas (1—7). Propter talem tamque multiplicem usum, quem praestent satellites, futurum esse, ut cives libentissime solvant stipendia (8.).

Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπεν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὦ Σιμω- 1
νίδη καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν· περὶ δὲ τῶν μισθοφόρων ἔχεις τι εἰπεῖν, ὡς μὴ μισεῖσθαι δι' αὐτούς; ἢ λέγεις, ὡς φιλίαν κτησάμενος ἄρχων οὐδὲν ἔτι δεήσεται δορυφόρων; Ναὶ μὰ Δία, εἶπεν ὁ Σιμω- 2
νίδης, δεήσεται μὲν οὖν. Οἶδα γάρ, ὅτι ὥςπερ ἐν ἵπποις, οὕτως καὶ ἐν ἀνθρώποις τισὶν ἐγγίγνεται, ὅσῳ ἂν ἔκπλεα τὰ δέοντα ἔχωσι, τοσούτῳ ὑβριστο-

2. ὅσῳ ἂν ἔκπλεα] Vulgatum ὅσῳ ἂν ἔκπλεω sic mutavi cum Reuchl. cod. Lips. et utroque Par. Forma ἔκπλεα legitur etiam in Cyropaed. VI, 2, 7. Cf. Matth. §. 116. extrem. Buttmann. gr. amplior. §. 61. obs. 2. Caeterum ad verba ὅσῳ ἂν intelligitur μᾶλλον, ut in his Platonis Euthyphr. p. 11. D. Κινδυνεύω ἄρα ὦ ἑταῖρε ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὐτοῦ μόνα ἐ-

3 τέροις εἶναι. Τοὺς μὲν οὖν τοιούτους μᾶλλον ἂν
σωφρονίζοι ὁ ἀπὸ τῶν δορυφόρων φόβος. Τοῖς δὲ
καλοῖς κἀγαθοῖς ἀπ᾽ οὐδενὸς ἄν μοι δοκεῖς τοσαῦτα
ὠφελήματα παρασχεῖν, ὅσα ἀπὸ τῶν μισθοφόρων.
4 Τρέφεις μὲν γὰρ δήπου καὶ σὺ αὐτοὺς σαυτῷ φύ-
λακας· ἤδη δὲ πολλοὶ καὶ δεσπόται βίᾳ ὑπὸ τῶν
δούλων ἀπέθανον. Εἰ οὖν ἓν πρῶτον τοῦτ᾽ εἴη τῶν
προστεταγμένων τοῖς μισθοφόροις, ὡς πάντων ὄν-
τας δορυφόρους τῶν πολιτῶν βοηθεῖν πᾶσιν, ἄν τι
τοιοῦτον αἰσθάνωνται· γίγνονται δέ που, ὥς πάν-
τες ἐπιστάμεθα, κακοῦργοι ἐν πόλεσιν· εἰ οὖν καὶ
τούτους φυλάττειν εἶεν τεταγμένοι, καὶ τοῦτ᾽ ἂν εἰ-
5 δεῖεν ὑπ᾽ αὐτῶν ὠφελούμενοι. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ
τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἐργάταις καὶ κτήνεσιν οὗτοι ἂν εἰ-
κότως καὶ θάρσος καὶ ἀσφάλειαν δύναιντο μάλιστα

ποίει οὐ μένοντα, ἐγὼ δὲ πρὸς τοῖς ἐμαυτοῦ, ὡς ἔοικε, καὶ τὰ ἀλλότρια.

ὑβριστοτέροις εἶναι] Vid. Matth. §. 536. Buttm. §. 129. 2. 2).

3. ὁ ἀπὸ τῶν δορυφόρων φόβος] Poterat dicere ὁ ἐκ τῶν δορ. φόβος; poterat etiam ὁ τῶν δορυφ. φόβος. Cf. Schaefer. Melett. Critt. p. 84. sq.

4. ὡς — ὄντας δορυφόρους] Accusativos pro dativis positos putat Matthiaeus gramm. uberior. p. 771. Cf. supr. ad II, 8. Sed vid. tamen Buttmann. §. 132. obs. 5.

ἄν τι τοιοῦτον αἰσθάνωνται] i. e. *si sentiant civibus a servis insidias strui.* Dixerat antea ἤδη δὲ πολλοὶ καὶ δεσπόται etc. — Post verbum αἰσθάνωνται Weiskius propter omissam de servis seditiosis apodosin lacunae signum apposuit. Neque aliter de hoc loco iudicavit Schneiderus. Nam etiamsi velis κακούργους de ipsis servis interpretari cum reliquis interpretibus, verba γίγνονται — πόλεσιν parenthesi includentibus, geminum tamen καί plane otiosum et inutile fieri. Huc accedere quod Xenophon δούλους a κακούργοις similiter distinguat supra III, 12. Mihi tamen multo praestantior ea ratio videtur, quam primus proposuit Bremius, cuius digna est disputatio quae tota huc transscribatur: „Die Periode ist nachlässig gebaut; doch scheint von keiner Lücke die Rede zu seyn. Xenophon fängt mit *dem* Vordersatze an: „„Wenn eine Hauptbestimmung der Leibwache wäre, die Bürger insgesammt zu schützen, so bald sie merkten, dass die Sclaven etwas Schlimmes im Schilde führten.“ “ — Nun fällt ihm natürlich und mit Recht ein, dass es für ruhige Bürger noch andere gefährliche Leute gebe, als nur die eigenen Sclaven. Diesen Ge-

παρέχειν, ὁμοίως μὲν τοῖς σοῖς ἰδίοις, ὁμοίως δὲ
τοῖς ἀνὰ τὴν χώραν. Ἱκανοί γε μὴν εἰσὶ καὶ σχο-
λὴν παρέχειν τοῖς πολίταις τῶν ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι,
τὰ ἐπίκαιρα φυλάσσοντες. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ πο- 6
λεμίων ἐφόδους κρυφαίας καὶ ἐξαπιναίας τίνες ἑτοι-
μότεροι ἢ προαισθέσθαι ἢ κωλῦσαι τῶν ἀεὶ ἐν ὅ-
πλοις τε ὄντων καὶ συντεταγμένων; Ἀλλὰ μὴν καὶ
ἐν τῇ στρατείᾳ τί ἐστιν ὠφελιμώτερον πολίταις μι-
σθοφόρων; τούτους γὰρ προπονεῖν καὶ προκινδυ-
νεύειν καὶ προφυλάττειν εἰκὸς ἑτοιμοτάτους εἶναι.
Τὰς δ᾽ ἀγχιτέρμονας πόλεις οὐκ ἀνάγκη διὰ τοὺς 7
ἀεὶ ἐν ὅπλοις ὄντας καὶ εἰρήνης μάλιστα ἐπιθυμεῖν;
οἱ γὰρ συντεταγμένοι καὶ σώζειν τὰ τῶν φίλων μά-
λιστα καὶ σφάλλειν τὰ τῶν πολεμίων δύναιντ᾽ ἄν.
Ὅταν γε μὴν γνῶσιν οἱ πολῖται, ὅτι οὗτοι κακὸν 8

denken gibt er in einem nicht sehr schicklich eingeschobenen Satze: *γίγνονται — ἐν πόλεσιν.* Nach demselben bildet er mit Beziehung auf ihn einen neuen Vordersatz: *εἰ οὖν — εἶεν τεταγμένοι:* und dann kommt der Nachsatz, der für beide Vordersätze passt.“

5. *τῶν ἰδίων*] Ita bene Reuchl. cum Steph. et Leonclav., quos sequuti sunt recentiores. In editt. vett. et codd. Parr. Lips. scriptum exstat *τῶν ἰδιωτῶν*, pro quo mihi olim videbatur scribi posse *τῶν ἰδιωτικῶν*. Haec certe confusio facilis erat et sic supr. IV, 3. pro *ἰδιωτῶν* complures libri *ἰδιωτικῶν* offerunt.

ἐπίκαιρα] Brodaeus legebat *ἐπικαίρια*. Sed *ἐπίκαιρα* eodem modo etiam in Oecon. XX, 9. dicitur.

6. *καὶ ἐν τῇ στρατείᾳ — ἑτοιμοτάτους εἶναι*] „Per se tamen minime consentaneum est, mercenarios milites [qui conducebantur peregrini, ut apparet ex cap. V. §. 3.] ad labores et pericula paratissimos esse. Exempla quidem pro auctoris sententia exstant luculenta; ut Graecorum, de quibus in Anabasi, et illorum XXX millium, quos in exercitu Darii Curtius III, 2, 8. laudat. Sed hi facile inter ignavos Persas eminere potuerunt. Apud alios feritas quaedam et bellandi consuetudo valere potest. Sed in Histor. Graec. VII, 1, 12. extr. commemorantur *μισθοφόροι*, iidemque §. seq. dicuntur *ἐλαχίστου ἄξιοι*. Et sane ardor civium pro patria et pro sua caussa pugnantium universe maior esse debet et constantior, quam mercenaria illa et argenti splendore accensa fortitudo.“ Weiskius.

μὲν οὐδὲν ποιοῦσι τὸν μηδὲν ἀδικοῦντα, τοὺς δὲ κακουργεῖν βουλομένους κωλύουσι, βοηθοῦσι δὲ τοῖς ἀδικουμένοις, προνοοῦσι δὲ καὶ προκινδυνεύουσι τῶν πολιτῶν, πῶς οὐκ ἀνάγκη καὶ δαπανᾶν εἰς τούτους ἥδιστα; Τρέφουσι γοῦν καὶ ἰδίᾳ ἐπὶ μείοσι τούτων φύλακας.

8. *ἐπὶ μείοσι τούτων φυλακας*] Genitivus τούτων cum comparativo coniungendus est spectatque ad praecedd.

CAPVT XI.

Addit Simonides, tyrannum de suis etiam rebus debere ad publicos usus conferre et omnino nulli sumptui parcere, ut et urbem omni modo exornet et cives quam beatissimos reddat eorumque prosperitate aliarum rectores civitatum vincat. Hanc enim esse victoriam omnium splendidissimam (1–7.). *Quodsi ita de civibus suis meritus fuerit, id eum posse in optima spe ponere, fore, ut ab omnibus et civibus et exteris ametur et magni aestimetur suique desiderio omnes afficiat, et ut ipsi obtemperare ipsumque omni ratione defendere atque adiuvare nemo non paratus sit* (8 — 12.). *His egregie expositis ad hanc ipsam boni regis rationem adhortatur Hieronem eumque, si civium utilitati salutique summa cura et studio servierit, maximam omnium rerum felicitatem consequuturum esse asseverat* (13. *seqq.*).

Χρὴ δὲ, ὦ Ἱέρων, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων 1
ὀκνεῖν δαπανᾶν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν. Καὶ γὰρ
ἔμοιγε δοκεῖ τὰ εἰς τὴν πόλιν ἀναλούμενα μᾶλλον
εἰς τὸ δέον τελεῖσθαι ἢ τὰ εἰς τὸ ἴδιον ἀνδρὶ τυ-
ράννῳ. Καθ' ἓν δ' ἕκαστον σκοπῶμεν. Οἰκίαν πό- 2
τερον ὑπερβαλλούσῃ δαπάνῃ κεκαλλωπισμένην μᾶλ-
λον ἡγῇ κόσμον ἄν σοι παρέχειν ἢ πᾶσαν τὴν πό-
λιν τείχεσί τε καὶ ναοῖς καὶ παραστάσι καὶ ἀγοραῖς
καὶ λιμέσι κατεσκευασμένην; Ὅπλοις δὲ πότερον 3
τοῖς ἐκπαγλοτάτοις αὐτὸς κατακεκοσμημένος δεινό-
τερος ἂν φαίνοιο τοῖς πολεμίοις ἢ τῆς πόλεως ὅλης
εὐόπλου σοι οὔσης; Προσόδους δὲ ποτέρως ἂν δο- 4
κεῖς πλείονας γίγνεσθαι, εἰ τὰ σὰ ἴδια μόνον ἐνερ-
γὰ ἔχοις ἢ εἰ τὰ πάντων τῶν πολιτῶν μεμηχανη-
μένος εἴης ἐνεργὰ εἶναι; Τὸ δὲ πάντων κάλλιστον 5
καὶ μεγαλοπρεπέστατον νομιζόμενον εἶναι ἐπιτήδευ-

2. σκοπῶμεν] Vid. ad VIII, 2. Pro sequente πότερον codd. Parr. Lips. atque ed. Reuchl. praebent πρῶτον, quod non spernendum videtur, quum in eiusmodi interrogationibus probatissimi quique scriptores πότερον saepe omittere soleant.

παραστάσι] Contra hanc librorum omnium scripturam sic disputat Schneiderus: „Pollux VII, 27. putatur ex hoc loco παραστάδας interpretari ἐξέδρας. Sed ibi libri veteres παστάδας nominant, atque omnino hunc locum ibi respici negat Ernesti, qui παστάσι hic scribendum censet. Παραστάδες in loco Euripidis Phoen. 418. de foribus aedium dicuntur: et in locis Vitruvii III, 1. ναὸς ἐν παραστάσιν dicitur, qui Latinis templum erat *in antis*. Hae antae seu παραστάδες cingunt utrimque cellae ostium vel introitum. Similiter παραστατική Vitruvio usurpatur; nec ullus exstat locus, ubi παραστάς ornamentum vel partem adiectam loco privato vel publico significet extra fores. Igitur h. l. praefero lectionem π α σ τ ά σ ι, et intelligo *porticus*, inprimis eas, quae foris Graecorum adiungi solebant, teste etiam Vitruvio V, 1. et quidem duplices. Cf. etiam Pausanias VI, 24." At secus iudicat Heynius ad Homer. Tom. V. p. 636., ullam admitti mutationem posse negans, quum Simonides h. l. loquatur de publicis aedificiis, in quibus παστάδες commemorari nequeant. Quamobrem ego quidem παραστάδας esse crediderim porticus vel etiam propylaea templorum portasque urbis pilis et columnis utrimque decoratas.

μα, ἁρματοτροφίαν ποτέρως ἂν δοκεῖς μᾶλλον
κοσμεῖν, εἰ αὐτὸς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἅρματα
τρέφοις τε καὶ πέμποις εἰς τὰς πανηγύρεις ἢ εἰ ἐκ
τῆς σῆς πόλεως πλεῖστοι μὲν ἱπποτρόφοι εἶεν, πλεῖ-
στοι δ' ἀγωνίζοιντο; Νικᾶν δὲ πότερα δοκεῖς κάλ-
λιον εἶναι ἅρματος ἀρετῇ ἢ πόλεως, ἧς προστατεύ-
6 εις, εὐδαιμονίᾳ; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ προσήκειν φη-
μὶ ἀνδρὶ τυράννῳ πρὸς ἰδιώτας ἀγωνίζεσθαι. Νι-
κῶν μὲν γὰρ οὐκ ἂν θαυμάζοιο, ἀλλὰ φθονοῖο, ὡς
ἀπὸ πολλῶν οἴκων τὰς δαπάνας ποιούμενος· νικώ-
7 μενος δ' ἂν πάντων μάλιστα καταγελῷο. Ἀλλ' ἐγώ
σοι φημὶ ὦ Ἱέρων πρὸς ἄλλους προστάτας πόλεων

Sed legenda est tota Heynii de utraque voce disputatio l. c. p. 634. sqq.

ἀγοραῖς] Weiskius: „Nam etiam apud Graecos, sicut apud Romanos, *fora* non erant loca vacua aedificiis cuiusvis generis interiecta, quemadmodum apud nos, sed inclusa et terminata elegantibus porticibus."

5. μᾶλλον κοσμεῖν] Comparativum aptiorem cum codd. Parr. Lips. Reuchl. libr. Victor. aliisque dedi pro superlativo μάλιστα, licet in quibusdam locis μάλιστα reperiatur, ubi ex nostra sentiendi ratione μᾶλλον ponendum putaveris. Exempla afferunt Schaeferus ad Dionys. Hal. Comp. Verb. p. 283. Matth. §. 464. Sed cum his conferas necesse est Hermann. ad Vig. p. 718. sq. a quo optime discas, quomodo μάλιστα defendi possit.

εἰ αὐτὸς] Victorias Hieronis carmine celebravit Pindarus. Cf. Prolegg. p. 2.

ἐκ τῆς σῆς πόλεως] Inserui σῆς cum libr. Victor. marg. Villois. Cod. Lips. idque neminem improbaturum scio, qui, quae sit huius loci ratio, consideraverit. Accedit etiam Reuchlinus, cuius laudes iam antea praedicavimus.

6. Νικᾶν μὲν γὰρ] Quod γὰρ particula intra tam breve spatium iteratur, nemo mirabitur, modo meminerit, eiusmodi repetitionem in gravi etiam Tragicorum oratione frequentissimam esse. Vid. Porson. ad Eurip. Med. v. 140. Eadem consuetudo Ciceronis est v. c. de Nat. DD. II, 10, 27. ut centena alia omittam.

7. παρέχῃς] Ita bene Reuchl. cum codd. Parr. Lips. pro optativo παρέχοις. Vid. Hermann. ad Viger. p. 822. Reisig. de ἂν part. p. 104.

εὖ ἴσθι νικῶν] Hanc lectionem, de cuius structura vid. animadv. ad II, 9., primus proposuit Canterus Nov. Lect. I, 13. pro vulgari εὖ ἔσῃ νικῶν, quod defendunt Aemil. Portus et Zeunius, εὖ ad νικῶν referendum esse et ἔσῃ νικῶν pro futuro simplici positum dicentes. Vid. Viger. p. 342. sq. Nec vero prorsus absurdum dixerim, quod in omnibus libris legitur, quamquam simplex νικήσεις ab altera ratione

τὸν ἀγῶνα εἶναι, ὅτι ἐὰν σὺ εὐδαιμονεστάτην τὴν πόλιν, ἧς προστατεύεις, παρέχῃς, εὖ ἴσθι νικῶν τῷ καλλίστῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐν ἀνθρώποις ἀγωνίσματι. Καὶ πρῶτον μὲν εὐθὺς κατειργασμένος 8
ἂν εἴης τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων· οὗ δὴ σὺ ἐπιθυμῶν τυγχάνεις· ἔπειτα δὲ τὴν σὴν νίκην οὐκ ἂν εἷς εἴη ὁ ἀνακηρύττων, ἀλλὰ πάντες ἄνθρωποι ὑμνοῖεν ἂν τὴν σὴν ἀρετήν. Περίβλεπτος δὲ 9
ὢν οὐχὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν μόνον ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πολλῶν πόλεων ἀγαπῷο ἄν, καὶ θαυμαστὸς οὐκ ἰδίᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ παρὰ πᾶσιν ἂν εἴης. Καὶ ἐξείη 10
μὲν ἄν σοι ἕνεκεν ἀσφαλείας, εἴ που βούλοιο, θεω-

mihi quidem videtur sic differre, ut ἴσῃ νικῶν de diuturniore statu intelligam. Has ut de Canteri coniectura moverem dubitationes, impulit me geminus locus in Agesil. IX, 7. ubi haec leguntur: Τόδε γε μὴν πῶς οὐ σαφῶς πρὸς τὸ γενναῖον ἔγνω, ὅτι ἅρματι μὲν νικήσας τοὺς ἰδιώτας οὐδὲν ὀνομαστότερος ἂν γένοιτο· εἰ δὲ φίλην μὲν πάντων μάλιστα τὴν πόλιν ἔχοι, πλείστους δὲ φίλους καὶ ἀρίστους ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κέκτῳτο, νικῴη δὲ τὴν μὲν πατρίδα καὶ τοὺς ἑταίρους εὐεργετῶν, τοὺς δὲ ἀντιπάλους τιμωρούμενος, ὅτι ὄντως ἂν εἴη νικηφόρος τῶν καλλίστων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων ἀγωνισμάτων καὶ ὀνομαστότατος καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας γένοιτ' ἄν;

ἐν ἀνθρώποις] Schneiderus malebat τῶν ἐν ἀνθρώποις: sine iusta caussa, quantumvis §. 15. sic dicatur. Similiter tamen deest articulus in his: καὶ βουλοίμην ἄν μοι φίλον ἀγαθὸν γενέσθαι μᾶλλον ἢ τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις ὄρτυγα ἢ ἀλεκτρυόνα. Plat. Lys. p. 211. E. HSt. ubi vid. Heindf.

8. οὐκ ἂν εἷς] non unus praeco, ut in certaminibus fieri solet.

10. εἴ που βούλοιο] [illegible] bene interpretatur *si quo voles*, eoque factum est, ut in errorem induceretur Weiskius scribendumque ποι crederet, quod recepit Schneiderus. Hoc που pro ποι positum optime excusatur anticipatione illa, cuius vis in omnibus fere adverbiis loci cernitur. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 43. sq. et inprimis Buttmann. ad Soph. Philoct. v. 481. Non aliter videtur που illud explicandum esse, quod legitur III, 2. Cf. ad IX, 7. Non magis necesse erat, ut Schneiderus in Cyrop. I, 2, 16. Heindorfio obsequeretur, quum in omnibus libris haec servaretur lectio: αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι. Similiter apud Plautum et Terentium aliquoties reperitur *nusquam*, pro quo dici debebat *nullum in locum*. Cf. Cicer. Epp. ad Fam. X, 22, 1. — Restat, ut de sententia h. l.

ῥήσοντι πορεύεσθαι, ἐξείη δ' ἂν αὐτοῦ μένοντι τοῦ-
το πράττειν. Ἀεὶ γὰρ ἂν παρὰ σοὶ πανήγυρις εἴη
τῶν βουλομένων ἐπιδεικνύναι, εἴ τίς τι σοφὸν ἢ κα-
λὸν ἢ ἀγαθὸν ἔχοι, τῶν δὲ καὶ ἐπιθυμούντων ὑπη-
ρετεῖν. Πᾶς δὲ ὁ μὲν παρὼν σύμμαχος ἂν εἴη σοι,
11 ὁ δὲ ἀπὼν ἐπιθυμοίη ἂν ἰδεῖν σε. Ὥστε οὐ μόνον
φιλοῖο ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐρῷο ὑπ' ἀνθρώπων· καὶ τοὺς
καλοὺς οὐ πειρᾶν, ἀλλὰ πειρώμενον ὑπ' αὐτῶν ἀνέ-
χεσθαι ἄν σε δέοι· φόβον δὲ οὐκ ἂν ἔχοις, ἀλλ'
ἄλλοις παρέχοις μή τι πάθῃς· ἑκόντας δὲ τοὺς πει-
θομένους ἔχοις ἂν καὶ ἐθελουσίως σου προνοοῦντας
12 θεῷο ἄν. Εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους
μόνον ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης
ἄν· πολλῶν μὲν δωρεῶν ἀξιούμενος, οὐκ ἀπορῶν
δέ, ὅτῳ τούτων εὐμενεῖ ματαδώσεις· πάντας μὲν

tirones conferre iubeam cap. I. §. 12.

ὑπηρετεῖν] parare seu conficere aliquid scitum aut elegans aut commodum, quod non iam haberent paratum aut quod ipse in animum induxeris parare. Sic recte Weiskius.

12. *θησαυρούς γε μὴν ἔχοις*] Schaeferus scripsit *θησ. γε μὴν ἔχοις ἂν* habetque assentientes Bremium ac Reisigium de *ἂν* partic. p. 126. Vid. tamen supr. ad VII, 12. et sic paullo ante §. 11. post *ἀλλὰ* bis repetenda ex praecedd. particula est.

13. *αὔξε*] Male ante Schaeferum legebatur *αὔξεις*, quod ab inusitato praesenti *αὐξεῖν* repetendum erat. Vid. Schaef. ad Gregor. Cor. p. 915. Cf. supr. IX, 8. in. Veram lectionem h. l. solus omnium servavit Reuchlinus.

κτῶ δὲ αὐτῇ συμμάχους] Post haec verba membrum excidisse, quod ipsis responderet eodem modo, quo antecedd. inter se referuntur, recte suspicatus est Weiskius. Deest enim apodosis huius fere sententiae: *σαυτῷ γὰρ ἕξεις συμμαχοῦντας.*

15. *οὐ μὴ — δύνωνται*] Vid. Buttmann. §. 126. 4. Matth. §. 516.

κεκτήσῃ] Praestantissimam hanc verissimamque lectionem debeo Reuchlino; alii *κεκτημένος* alii etiam *κεκτῆσθαι* scripserunt, quod unde ortum sit, quis est quin intelligat? De futuro nostro, quod etiam in marg. Steph. commemoratum video, disseruit Buttmannus §. 125. 2. sed de constructione huius loci compara mihi haec exempla: Xenoph. Hellen. V, 1, 14. *εὖ δ' ἴστε, ὅταν ὑμῶν ἐγὼ ἄρχω, εὔχομαι οὐδὲν ἧττον ζῆν ὑμᾶς ἢ καὶ ἐμαυτόν.* ubi nulla opus mutatione. Ibid. III, 5, 11. *καὶ νῦν γε, ἂν φανεροὶ γενώμεθα ἡμεῖς τε καὶ ὑμεῖς ξυνασπιδοῦντες ἐναντία*

συγχαίροντας ἔχων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς, πάντας δὲ πρὸ τῶν σῶν, ὥςπερ τῶν ἰδίων, μαχομένους· θησαυρούς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. Ἀλλὰ θαῤῥῶν ὦ Ἱέρων πλούτιζε 13
μὲν τοὺς φίλους· σαυτὸν γὰρ πλουτιεῖς· αὖξε δὲ τὴν πόλιν· σαυτῷ γὰρ δύναμιν περιάψεις· κτῶ δὲ αὐτῇ συμμάχους· * * * * Νόμιζε δὲ τὴν μὲν πατρίδα 14
οἶκον, τοὺς δὲ πολίτας ἑταίρους, τοὺς δὲ φίλους τέκνα σεαυτοῦ, τοὺς δὲ παῖδας, ὅ τι περ τὴν σὴν ψυχήν· καὶ τούτους πάντας πειρῶ νικᾶν εὖ ποιῶν. Ἐὰν γὰρ τοὺς φίλους κρατῇς εὖ ποιῶν, οὐ μή σοι 15
δύνωνται ἀντέχειν οἱ πολέμιοι. Κἂν ταῦτα πάντα ποιῇς, εὖ ἴσθι, πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον καὶ μακαριώτατον κτῆμα κεκτήσῃ· εὐδαιμονῶν γὰρ οὐ φθονηθήσῃ.

τοῖς Λακεδαιμονίοις, εὖ ἴστε, ἀναφανήσονται πολλοὶ οἱ μισοῦντες αὐτούς. Cf. Plat. Apolog. p. 20. D. p. 30. C. Plura laudare longum est. De Latinis satis erit hoc unum attulisse: „Moneo saepius te, ut memineris, Non ego herus tibi sed servus sum.“ Plautus. Praeterea pro μακαριώτατον h. l. μακαριστότατον scribendum esse iudicabat Schaeferus Melett. Critt. p. 65. 5).

φθονηθήσῃ] Editt. nonnullae φθονήσῃ praebent, quod Weiskio aeque posse defendi videbatur. Saepe enim futurum medii passiva significatione usurpari. Hac de re quomodo existimandum sit, accurate exposuit Buttmannus §. 123. 5.

INDEX

A

Ἀγαθός, de quavis praestantia dicitur, bonus, utilis, in quo est aliquid unde utilitas aliqua proficisci possit. Hinc *ἄνδρες ἀγαθοί*, viri honesti et qui egregiam civitati operam praestare possunt V, 2. cf. X, 3: *ἵππος ἀγαθός*, generosus equus. Neutr. *τὸ ἀγαθόν*; *τὰ ἀγαθά*, bonum, bona II, 7. III, 1. II, 6. etc.: commodum, commoda IX, 10. XI, 10. VII, 9. IX, 7. al. (cf. Memor. Socr. IV, 6, 8.) *εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν*, in communem utilitatem XI, 1: *τὰ ἀγαθά*, res bonae, fortuna secunda III, 2. XI, 12.

Ἀγάλλεσθαι, laetari, gloriari, cum particip. VIII, 5. Vid. ad V, 3.

Ἀγαπᾶν, diligere, benevolentia amplecti XI, 9: sed I, 28. *ἀγαπῶνται* idem valet quod *εὐφραίνουσι*.

Ἀγαπητόν, *τό*, quod animo satisfacit, in quo quis acquiescere potest I, 28. „vis illa amandi et complectendi.“ Fr. Portus.

Ἄγασθαι, magni facere, revereri V, 2. ubi opp. *φοβεῖσθαι*.

Ἄγειν πρὸς ἔχθραν, adducere in odium IX, 1.; sic etiam nos dicimus: das führt zu Feindschaft.

Ἀγείρειν, congregare: *ἐμπόρους*, mercatores allicere, ex interpretatione Zeunii, IX, 9. ubi vid. adnot.

Ἀγλευκέστερον, i. q. *ἀηδέστερον*, cum minore voluptate, opp. *ἥδιον* I, 21.

Ἀγχιτέρμων, *ον*, i. q. *γείτων*, *ὅμορος*, conterminus, finitimus X, 7.

Ἀγωνίζεσθαι, certare (in sacris certaminibus) XI, 5. IX, 4. *πρός τινα* XI, 6.

Ἀγώνισμα, *τό*, i. q. *ἀγών*, XI, 7.

Ἀδελφός, *όν*, i. q. *ὅμοιος*, *παραπλήσιος*, gemellus, similis, cum genit. *καὶ τὰ τούτων ἀδελφά*, et horum similia I, 22. Cf. Schaef. ad Gregor. Cor. p. 569.

Ἀδικεῖν, de iis dicitur, qui quocumque modo ius violant: de tyrannis, qui alios libertate privarunt VII, 7: de iis, qui tyrannum imperio spoliaverunt I, 12. Pass. *ἀδικεῖσθαι*, violari, iniuria affici X, 8.

'Ἀδικία, tribuitur tyranno VII, 10. Vid. v. ἀδικεῖν.
'Ἀδύνατος, qui non potest, imbecillis, seq. infin. I, 12. Cf. Buttmann. §. 127. 3. Matth. §. 532.
'Ἀεί, omni tempore, jedesmal: καὶ ἄλλον ὅντινα ἀεὶ τιμῶντες τυγχάνουσι, und wen sie sonst noch jedesmal ehren VII, 2.
'Ἀθλητής, ὁ, athleta IV, 1. Complectitur hoc nomen omnes gymnicos certatores.
"Ἀθλιος, miser, opp. εὐδαίμων II, 3.
'Ἆθλον, τό, praemium, maxime certaminis, ὁ μισθός, τὸ τοῦ ἀγῶνος βραβεῖον, IX, 3. sqq. 11. ἀποδιδόναι, προτιθέναι.
'Ἀθροίζειν, de choragis, qui aptos homines ad certamen convocant invitantque IX, 4.
'Ἀθύμως ἔχειν πρός τι VIII, 1. Vid. infr. s. v. ἔχειν.
Αἱρεῖσθαι σῖτον, cibum (sibi) capere, Speise zu sich nehmen VI, 7.
Αἰσθάνεσθαι, sentire, sensibus percipere; animadvertere, videre: cum genit. I, 7. 24. cum accus. X, 4. cum accus. particip. VII, 10. cf. II, 17. (Buttm. §. 131. 4. 6. Matth. §. 549. 4.) cum nominat. particip. VI, 1. cum partic. ὅτι I, 6.
Αἴσθησις, ἡ, sensus: σαφεστέρας τὰς αἰσθήσεις παρέχεσθαι, certiorem sui sensum praebere I, 6.
Αἶσχος, τό, deformitas VIII, 6. Cf. Cyrop. II, 2, 29.
'Ἀκήρατος, ον, integer, incorruptus III, 4.
'Ἀκίνδυνος, ον, tutus: ἐν ἀκινδύνῳ εἶναι, in tuto esse II, 10. ib. dic. ἐν ἀσφαλείᾳ καθεστάναι. Adverb. ἀκινδύνως VII, 10.
'Ἀκούειν, cum accus. rei VI, 9. cum accus. rei et gen. person. VII, 1. Buttm. §. 119. 5. 3) **). Matth. §. 372.
"Ἄκουσμα, τό, quodcumque auditur I, 4. Cf. ἀκρόαμα.
'Ἀκρατεῖς, οἱ, quibus opp. οἱ σοφοί, ii sunt, qui solis corporis indulgentes voluptatibus graviores res, in quibus animi virtus requiritur, negligunt V, 2.
'Ἀκρόαμα, τό, i. q. ἄκουσμα. Vid. Bekker. Anecdd. Graec. I, 372. Ernest. et Wolf. Excurs. VIII. ad Sueton. Schellii adnot. ad Cic. pr. Arch. p. 199. sq. Brem. ad Nep. Att. XIV, 1.
'Ἀκροπόλεις ἰσχυραί IV, 7.
"Ἄκων, ουσα, ον, invitus, coactus, opp. βουλόμενος I, 34.
'Ἀληθῆ λέγειν, vera dicere I, 10. Adverb. ἀληθῶς, vere, revera, i. q. τῷ ὄντι, VII, 9.
'Ἀλκή, ἡ ἐν πολέμῳ, bellica virtus, fortitudo IX, 6.
"Ἄλκιμος, ον, fortis, animosus V, 5.
'Ἀλλά, at, particula adversativa, servit obiectioni vel occupationi poniturque in initio orationis I, 8. 14. 20. II, 1. 10: neque raro cum affirmatione quadam dicitur et respondet germanico ja, fürwahr v. c. II, 5, VII, 15. VIII, 1: post negativam sententiam est sed, immo, sondern, im Gegentheil I, 8. 24. 30. 32. IV, 1. XI, 7. 8. hinc οὐ μόνον — ἀλλὰ καί, non solum — verum etiam VI, 1. 8. XI, 9: in cohortationibus agedum, igitur, wohlan XI, 15: ἀλλ' ἄρα, vid. ἄρα: ἀλλά — γε, at certe I, 16.

II, 2: ἀλλὰ καί—γε, vid. γέ: ἀλλ' ἤ, nisi, praeterquam, post interrogationem V, 2. (vid. Hermann. ad Viger. p. 812.): ἀλλὰ μέντοι, at vero, aber freilich; aber doch I, 24. IV, 3: ἀλλ' ὅμως, verumtamen, praeced. μέν VI, 9: ἀλλὰ μήν, sequent. καί, at vero etiam, quum scriptor ad aliam novamque rem transit III, 10. 12. X, 6: ἀλλ' οὖν, at saltem, at certe; tamen, praeced. ἐὰν καί II, 9. Cf. Schneider. ad Memorab. Socr. IV, 4, 21.

Ἀλληλοφόνοι, se invicem occidentes III, 8.

Ἄλλος, alius; ἄλλοι, alieni, peregrini, opponuntur civibus et tyranno II, 10: ἄλλα ἐν ἄλλῃ χώρᾳ ἐστὶν ἀξιοθέατα, alia in alia regione spectatu digna reperiuntur I, 11: ἄλλους μέν—ἄλλοις δέ V, 2: οἱ ἄλλοι, reliqui I, 13. III, 12. VII, 3. 4. (vid. Buttm. §. 114. 5. Matth. §. 265. 4.): ἄλλο τι ἤ, numquid aliud — quam? i. e. nonne? I, 25. Cf. Buttm. §. 157. p. 581. Matth. §. 287. 8.

Ἄλλως τε καί, quum alia quavis ratione, tum hac i. e. praesertim, zumal, vorzüglich, insbesondre, seq. ὁπόταν VI, 11. Vid. Hermann. ad Viger. p. 780. sq. Buttm. §. 157. p. 582. Matth. §. 597.

Ἄλυπος, ον, non molestus XI, 9.

Ἅμα, simul: coniungitur cum particip. ἀπολογεῖται ἅμα πράττων i. e. defendit se in ipso fere facto II, 17: ἅμα τε — καί, quum — tum I, 12. ἅμα — καί VI, 14. ubi vid. animadv.

Ἀμφί, vid. ἔχειν.

Ἀμφότεροι, ambo I, 8, 10. VIII, 3. Differt hoc nomen ab altero ἑκάτεροι, ut accurate docet Ammonius p. 14. Ἀμφότεροι, inquit, καὶ Ἑκάτεροι διαφέρουσιν. Ἀμφότεροι μὲν γὰρ ἐροῦμεν, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ πράττωσιν· Ἑκάτεροι δὲ, ἐπειδὰν χωρὶς ἑκάτερος τὸ ἑαυτοῦ πράττῃ. Vid. Wyttenb. ad Plutarch. Moral. p. 1060. sq. ed. Oxon. Tom. II. p. 555. sq. Lips.

Ἄν. De hac particula omnium subtilissima, quae tam proprium ac suum in Graecorum lingua quasi domicilium habet tamque praecipua potestate dominatur, ut caeterae linguae cultiores, quod cum ea comparandum sit, vix habeant, aureolum libellum edidit Reisigius, eumque diligenter lectitent necesse est, quicumque huius particulae vim et usum accurate voluerint cognoscere. Sed quum non tironibus scripta sit Reisigii commentatio, nobis ne nunc quidem ab usitata via recedere licuit.

I. Ponitur ἄν in sententiis absolutis s. non aliunde pendentibus A.) cum optativo, qui tum potentialis dicitur modus et rem verisimilem esse vel fieri posse indicat, quod germanice ich möchte, dürfte, könnte vel vielleicht, ac latino coniunctivo praesentis vel perfecti exprimitur, ita ut eiusmodi loquutio saepe futuri etiam significationem induat. Vid. I, 8. 13. 16. 21. II, 11. VII, 8. et de interrogationibus I, 1. IV, 5. VI, 15. 14. al. (vid. Buttm. §. 126. 15. Matth. §. 515. sq.): B.) cum optativo post optativum cum εἰ conditionali particula: vid. εἰ.

II. Legitur in sententiis aliunde pendentibus A.) cum coniunctivo post particulas temporales; vid. πρίν: B.). in sententiis relativis, maxime cum coniunctivo, ubi generalis vel aliquanto incertior sententia significatur Latinique relativis addere solent cumque (quicumque, si quis) I, ii. 14. 19. 20. 38. II, 8. (vid. Buttm. §. 126. 8. Matth. §. 527.): I, 26. VI, 15. VII, 9: ubi est aoristi coniunctivus, qui cum lat. futuro exacto congruit (Buttmann. §. 126. 12.). Cum his tamen exemplis non debent confundi verba c. I. §. 7. ὅπως ἂν αἴσθοιτο. hic enim optativus ad potentialis modi rationem accedere putandus est. Cf. I, 1. Buttm. §. 126. 8, 5. Matth. §. 528. 2).

III. Manifestissima huius vis particulae est, ubi participio addita format participium quasi optativi vel coniunctivi, quo caeterae omnes linguae carent; sic IX, 9. et eodem modo cum infinitivo I, 5. 17. 35. VIII, 3. X, 5. al. Vid. Buttmann. §. 126. 14. Matth. §. 598.

IV. In eodem membro repetitur IX, 9: omittitur, ubi ponendam fuisse credideris; vid. ad XI, 12.

Vagam eius sedem esse, notum est omnibus; sed primo loco eamdem poni posse, id affirmare non ausim. Vid. tamen Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 87. A. HSt.

Ἄν, contractum ex ἐάν, in hoc libro saepissime legitur. De construct. vid. s. ἐάν.

Ἀνά, in, per, de loco, in maioris ampliorisque spatii significatione (vid. Buttm. §. 134. p. 550.): οἱ ἀνὰ τὴν χώραν, qui per agros vivunt, rustici, agricolae X, 5. ubi iidem paullo aliter dicuntur οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ἐργάται, quibus opponuntur urbium incolae: ἀνὰ στόμα ἔχειν, i. q. διὰ στόματος ἔχειν (Cyrop. I, 14, 25.), semper in ore habere, immer im Munde führen VII, 9.

Ἀναγκάζειν, cogere, de varia necessitate dicitur, quam praesens rei conditio affert, IV, 5. 6. V, 2. 3: τὸν ἐνδεῶς τι ποιοῦντα λοιδορεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν, obiurgare et coercere i. e. necessitatem imponere, ut facienda recte atque ordine faciat IX, 2.

Ἀνάγκη, necessitas, dic. de variis cogendi necessitatisque modis: οὐδεμιᾶς ἀνάγκης οὔσης (non coactus) ὑπηρετεῖ I, 37. ὁ ἀνάγκης δεόμενος, qui ut faciat officium cogendus i. e. suo incommodo, poena, impellendus est, bei welchem man Zwangsmittel anwenden muss IX, 3. ἀνάγκην προςτιθέναι ibid. §. 4: ἀνάγκη ἐστί, i. q. ἀναγκαῖον ἐστί, necesse est, seq. infin. II, 8. et omisso ἐστί IX, 10. X, 8. τῷ τυράννῳ ἀνάγκη ἐκ μειόνων γαμεῖν I, 28. c. infin. et accus. V, 3. VIII, 8. IX, 2. X, 7.

Ἀνακηρύττειν, publice renunciare, τὴν νίκην XI, 8.

Ἀναλαμβάνειν δόξαν λαμπράν, sibi assumere, vindicare sibi gloriam splendoremque, quod uno verbo dicere licebat λαμπρύνεσθαι II, 15.

Ἀναλοῦν, forma verbi minus frequens quam ἀναλίσκειν (vid. Schaef. ad Greg. Cor.

p. 706. 916. Buttmann, §. 102. p. 540. Matth. §. 222.), impendere pecunias, εἰς τὴν πόλιν XI, 1.

Ἀναμιμνήσκεσθαι VI, 7. Vid. Buttmann. §. 101. p. 378.

Ἀνάπαυσις πολέμου ἐμοὶ γίγνεται, mihi datur belli (eiusque laborum) requies II, 11.

Ἀναπτύσσειν, expandere, explicare: ἀνεπτυγμένα θεᾶσθαι, ad spectandum explicita II, 4.

Ἀναστρέφειν, invertere: τοῦτο ἐμοὶ ἔμπαλιν ἀνέστραπται, mihi huius rei plane inversa ratio est, hoc in contrariam partem mihi cedit III, 14.

Ἀναφαίνειν, conspicuum facere: τὰ καλὰ λαμπρότερα ἀναφαίνειν, pulchra (quae placent) illustriora reddere VIII, 6. ubi opp. τὰ δυσχερῆ ἀφανίζειν.

Ἀνδραποδώδεις, homines servili ingenio praediti, illiberales V, 2. ubi vid. notata.

Ἀνεπιφθόνως, sine invidia VII, 10.

Ἀνέχεσθαι, tolerare, ferre, pati: ἀνέχομαι πειρώμενος, me tentari patior XI, 11. Vid. Matth. §. 550. Buttm. §. 131. 4. a.

Ἀνήκεστος, ον, insanabilis: ἀνήκεστόν τι ποιῆσαι (ἐργάσασθαι), perniciosum aliquid patrare, quod corrigi s. reparari non potest VI, 15.

Ἀνήκοος, qui non audit, c. gen. rei, quam quis non audire dicitur I, 14.

Ἀνήρ, vir, sensu eminenti, ein Ehrenmann II, 1. Cf. ad VII, 3. et Heindorf. ad Plat. Phaedr. §. 54. (p. HSt. 239. B.): maritus, der Ehemann, Gatte, quem etiam Latini virum dicunt, opp. γυνή III, 3. 4. 7. 10. sine articulo pro indefinito τὶς ponitur VII, 9. VIII, 5. saepe additur substantivis v. c. ἀνὴρ ἄρχων VIII, 5. ἀνὴρ τύραννος XI, 1. Vid. Buttm. §. 109. obs. 1. Matth. §. 430. 7.

Ἀνθρώπινος, humanus, VI, 2. VII, 4.

Ἄνθρωπος, saepe caret articulo. Ἀνθρώποις opponuntur ἄνδρες VII, 3: τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, i. q. ὁ ὄχλος, multitudo II, 3: ἐν ἀνθρώποις, c. superlativ., in vita, est fere nostrum in der Welt XI, 7. ubi vid. adnot. Cf. Schneider. Ind. ad Xenoph. Mem. Socr. v. ἄνθρωπος p. 534.

Ἀνιᾶν, c. accus., dolore afficere, cruciare. (Lat. nuyiren) I, 36. IV, 1. ubi opp. εὐφραίνειν.

Ἄνοπλος, opp. ὡπλισμένος (ἔνοπλος, cum quo saepe confunditur in codd.) VI, 4.

Ἀνταγωνιστής, adversarius, aemulus IV, 1. τοῦ πλούτου, qui cum altero certat de divitiis.

Ἀντέχειν, c. dativ., resistere, impetum alicuius sustinere, es mit einem aufnehmen XI, 15.

Ἀντί IV, 5. al. Vid. Buttm. §. 154. p. 550. Matth. §. 571.

Ἀντίβλεψις, adspectus oculis rectis I, 35.

Ἀντιπαρέχεσθαι VII, 12. ubi vid. notat.

Ἀντιπάσχειν, vicissim pati VII, 12.

Ἀντιπράττεσθαι, adversari, contra alium aliquid moliri II, 17. adn.

Ἀντιτάσσεσθαι, aciem suam contra hostem instruere; in praeterito: in acie con-

tra hostem instructa state VI, 7.

Ἀντίτυπος, ον, contrarius, molestus, opp. *ἐπίχαρις* IX, 4. Proprie h. v. dic. de iis, quae ictum repellunt. Quod faciunt quae dura sunt et malleo non cedunt, sed eum resultare cogunt.

Ἀντιφιλεῖν, vicissim amare, redamare I, 35. VII, 6.

Ἀξιοθέατος, ον, spectatu dignus I, 11.

Ἄξιος, ία, ον, c. gen. de pretio dicitur II, 2. 4. III, 12.

Ἀξιοῦν τινά τινος, aliquem aliqua re dignum iudicare VII, 9. XI, 12: aequum credere (iure aliquid se facere posse putare, sibi arrogare — plane ut postulare ap. Plaut. Amphitr. I, 1, 205. II, 2, 157.) postulare, velle I, 13. V, 5.

Ἀπάγχεσθαι, laqueo sibi gulam frangere, se strangulare VII, 13. Buttm. §. 122. 2.

Ἀπαλλάττεσθαι, decedere, v. c. *τυραννίδος*, *μεγάλου κακοῦ*, id abiicere, eo se expedire VII, 11. 12. cf. ilbid. §. 13.: *οἱ ἀπαλλασσόμενοι*, qui aliquid amittunt, rei iacturam faciunt, opponuntur *τοῖς κεκτημένοις* VI, 17.

Ἅπαξ, semel, sine numeri significatione VII, 11. Cf. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 193. ed. Lips.

Ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς, primam cibi particulam (primitias) diis offerre III, 11. Cf. Buttmann. Lexilog. I, 102. sq.

Ἀπεῖναι. *ὁ ἀπών*, opp. *ὁ παρών* XI, 10.

Ἄπειρος I, 30. ubi vid. animadv.

Ἀπεχθάνεσθαι, in odium incurrere, invisum esse, *ἔκ τινος*, propter aliquid VIII, 8.

Ἀπέχθεια, odium. Vid. *διά*.

Ἀπιέναι παρά τινος, discedere ab aliquo I, 13.

